# IOH. GASBARIS MYRICAEI ... GRAMMATICAE SYRO-CHALDAEAE LIBRI DUO, ...

Johann Caspar Myricaeus, Farnese

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
E
14
NAPOLI

XXVIII
E
14

XXXVIII
E.
14

IOH. GASBARIS MYRICÆI
THEMARENSIS HENNEN-
BERGICO FRANCI

# GRAMMATICÆ SYRO-CHALDÆÆ LIBRI DVO,

*Quorum*

PRIMVS voces ſimplices: SECVNDVS ve-
rò conjunctas conſiderat.

*Interſeritur ſparſim Rabbinico-Talmudicæ dialecti Variatio.*

ܓܢܘܐ

Ex Typographiâ Syra Petri de la Rouiere.

CIↃ IↃC XIX.

MAGNIFICENTISSIMIS
ILLVSTRISSIMIS AC AMPLISSIMIS
DOMINIS, POTENTIA,
Nobilitate, Virtute, Sapien-
tia, Auctoritateque
eminentiſſi-
mis,

DN. ALBERTO MANVELI,
&
DN. IOH. RODOLPHO SAGERO,
CONSVLIBVS ALTERNIS:
NEC NON,
TOTI SENATVI AVGVSTISS.
Illuſtriſs. & Potentiſs. Reipubl.
BERNENSIS,
*Dominis ſuis CLEMENTISSIMIS.*

INSTITVTIONES Lingvæ Syriacæ atque Chaldaicæ, Veſtro ſub auſpicio ac nomine, DN. POTENTISSIMI, DN. CLEMENTISSIMI, editurus, haut injucundum ac ingratum Veſtris EXCELLENTIIS futurum eſſe putavi, ſi hoc loco paucula quædam, de harum lingvarũ differentia, antiquitate, præſtantia, ac utilitate pręmonerẽ, & quales hę eſſent breviter demõſtrarẽ.

Lingvam igitur Syram ſeu Aſſyriacam eamdem eſſe cum Chaldæa ac Aramæa, clarè tùm Sacræ teſtantur litteræ, tùm Prophani produnt ſcriptores. Legimus c. 1. Daniel. ver.4. Nabuchodonoſorem, Regem Babyloniȩ in terra Sennar, Aſphenez eunucho ſuo imperaſſe, ut de filiis Iſrael, ac quidem de ſemine regio quoſdam eligeret, eoſque litteras ac lingvam Chaldæam, utpote Regi maternam, atque ingenitam doceret; cum tamē cap. ſequenti v.4. Chaldæos Regi ſuo SYRE reſpondiſſe dicatur. Non autem conſentaneū eſſe videtur, eos, alia ac peregrina lingva uſos coram Rege ſuo fuiſſe, ſed potius materna Regique vernacula, ut eò meliùs Rex eorum reſponſionem excuſationemque intelligere poſſet. Vide ſis etjam 4. Reg. 18. & Eſa. 36. Et ſic Herodotus de populis ipſis loquēs, Chaldæos à Grȩcis Syros, à Barbaris Aſſyrios nominari ſcribit. Vide & Plin. l. 3. c. 12. Ammian. Marcell. l. 23. Ioſeph. de antiquit. Iudaic. Aram, ait, Aramæos inſtituit, quos Græci Syros adpellāt. Et Strabo; quidam Syros pro Aramæis accipiunt, & nunc Aramos vocant. Si igitur Aramæi, Aſſyri, Syri ac Chaldæi, iidem populi, lingvam earum eādem eſſe, quis dubitabit? Porrò lingvas diverſas eas eſſe dicimus, quæ ſic inter ſe diſcrepant, ut non ſtatim qui unam intelligit, & alteram poſſit: eaſdem quæ, licet non-nihil differant, tantùm tamen

men una ab altera non recedit, ut diſcrimen earum colloquendi communicandique auferat facultatem. In his verò, totā diverſitatē, ortum ſuum ſolummodo ex ipſa pronunciationis conſuetudine ac nōnullarum vocum motionis diſcrepātia duxiſſe, vel hinc patet; quocūque enim in loco Syri vocalem adhibent quartam hi primâ utuntur & contra; cum tamen vocum ſignificatione rite conveniant. Cōtemplare Græcam lingvam, variaſq; illius Dialectos, nonne eſſentia ac radicū origine & ſignificatione conveniūt, pronunciatione tamen, ac flexione quarumdam vocū, maximè diſcrepant: & quis tamen hic negare vellet, Attico ſermone loquentem, non æquè Græcè loqui, quam qui Dorica aut cōmuni utatur lingva. Atque hinc harū quoque de quib. hic agimus lingvarū diverſitas pendet, cū verborum quaſi materiē atque ſuppellectilē eamdē habeāt, motionū ratione ac pronunciatione diverſæ eſſe videantur. Licet, ut hoc fatear, utraq. peculiaria quædā habeat vocabula ac ſibi propria, quod & in Græca fieri videmus, idque locorū ac hominum diverſitas cauſſari videtur. Non rectè igitur iudicant, qui lingvam Syram mixtā e Chaldæa & Hebræa, harumq. eam prolem eſſe adfirmant. Cum id tùm S. litteris, ut jam demōſtravimus repugnet: nec vero ſimile videtur eſſe, quod adferunt, Iudæos in Babylone, cū ad-

diſcerent Chaldæam lingvam Hebræã oblitos eſſe,eamq.cum perfectè pronunciare nõ potuerint, ſemper aliquid ex ſua materna retinuiſſe. Quænã enim gens,quæ lingva ſub cælo,ad pronunciationem Chaldææ lingvæ minus inepta, quã Hebræa.Si litteras, ſi earundem proloquutionem,ſi tempus ipſum, quo in captivitate fuerunt conſideres,nihil verius hoc invenies.Stat igitur firmè eſſentialiter,eaſdẽ quidẽ non differre licet accidentaliter nonnihil differãt. Si jam antiquitas Syro-Chaldææ hujus lingvæ, dignitaſque atque perfectio, æqua lance ponderatur, hanc primævam illam, quâ Adam & Heva in Paradiſo uſi,hãc preſtantiſſimã illam eſſe,in qua non ſolum multę antiquitatis notę, veluti gemmę effulgeant,ita ut maximarum rerum ex ipſis etjam nominibus notitia capi poſſit,hanc perfectiſſimam illam eſſe ex qua cetere omnes, originem ſuam traxerint,immò Hebręam ipſam, ut demonſtraturi ſumus ab eadem manaſſe. Licet, ut vitiis nemo ſine naſcitur,optimus ille qui minimis virgetur, quemadmodũ, Horatius ait,& hæc ſuas,ut diximus,permutationes ſuſtinuerit.

Conſideremus gentem ipſam, quæ uſa fuerit lingva hac,cujus antiquitas Ierem. 5. 15. à Deo ipſo commendatur,cum eam,gentem antiquam ac robuſtam, cujuſque lingvam Iudæi nõ intelligant,adpellet: De Chaldæis autem hic verba

fieri,

fieri,patet ex 2.Paralip.36.6. Eſai.39.6. Baruch 4.15.Ab hac Hebræos atque adeo lingvā quoq. Hebræam, ortum duxiſſe, Iuthid 5.5.& 6.legimus,ubi ſcribitur,ducem filiorum Ammon, Achior,Holoferni ſciſcicanti de populo Hebræo, quinā ſit? ita reſpondiſſe:Populus iſte eſt ex progenie Chaldæorum, hic primùm in Meſopotamia habitavit &c.ubi habemus & Hebræos eſſe ex progenie Chaldæorum, & Chaldæos eorum patres eſſe, De hoc nemo dubitabit qui Geneſin Moſaicam legerit. Sed audiamus quoque Franciſc.Georgium Venetum,qui Tom. 1. in Proble. in Sacr.ſcriptur. ſect. 3. ſcribit à Chaldęa totam gentem & lingvā Hebręam prodiiſſe.Et de multige.reb.occ.ſect.7.Chaldeā, dicit, eſſe inter duo flumina ſitam,Tygrim & Euphratē,& hinc,ſubjungit,patres Hebręos originē duxiſſe.Quis præterea alius fuit Heber, quis Abrahā à quibus, & Hebręi,& eorum lingva nomen accepit, quam Chaldęi, orti patre ac matre Chaldæis, educati in patria Chaldæa, imbuti morib. patriis Chaldęis,non aliter quam Germani Germanicis;ipſeque Heber ibi & familiam duxiſſe mortuuſque eſſe legitur: uſus ergo & lingva Chaldęa. Nec enim conſentaneum eſt,illum duas habuiſſe lingvas nativas,nî fortè poteſtate nō actu quod ineptum.Nec eorum exceptio hic valet concedentes Hebrum quidem in Chaldæa habitaſſe, lin-

gvam tamen patriam & communem loquutū fuiſſe, quæ Hebræa fuerit, atq. hanc in domo ac familia ejus remanſiſſe, quia non conſpirarit, cū relliquis de turri exædificanda, indeque cū ſine culpa eſſet, cum ipſo ſuaque domo primævā & antiquiſſimam lingvam, Hebræam, (uti volunt) manſiſſe, quā poſtea à ſuo nomine ita adpellarit. Vbi quidem multa dicuntur, nec tamen probātur, immò numquam probari poterunt. Vnde enim quæſo habent, Hebrum in Chaldæa habitaſſe, & potius Hebrẹam quam Chaldẹam, (utpote ex Chaldẹo ortus Patre) lingvam habuiſſe. Deinde Hebræam primam fuiſſe, quod in quæſtione. Nec umquam demōſtrari poteſt, nec demonſtrabunt Hebrum non conſpiraſſe cum relliquis in ædificando turri, cum potius contrariū habeatur Geneſ. 11. 3. ubi וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ & dixerunt vir ad proximū ſuum, ubi Chaldæus noſter habet גְּבַר לִגְבְרֵיה vir viro, h.e. unuſquiſq. quod etjam ex ſequentibus colligitur. Poſito tamen adeò juſtum fuiſſe Hebrum, nec eum conſpiraſſe cum relliquis, quî factum, quod ejus juſtitiæ, ac præclarorum factorum ſacrẹ litterẹ ne tantillam quidem fecerint mentionem; ut legimus de Noe Gen. 6. Abrahamo &c. ac aliis factum. Item de Ioſepho ab Arimathia Luc. 23. ubi dicitur; Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος &c. Inde expreſſe concludo

cludo non probabile eſſe cur potiùs Hebrȩa lingva ut primȩva & antiquiſſima in domo Heber manſerit, ipſumque ut ceteri in turri exſtruenda, cū ſuis operā ſuam non præſtitiſſe: magis veritati conſentaneum eſt, quod lingva primæva & communis ante lingvarum confuſionem, remanſerit in illa communi regione, in qua turris exædificata fuerit, ipſiuſque lingvæ facta confuſio, ſed ea fuit Chaldæa, ergo prima & communis lingva manſit in Chaldæa. Præterea nullam mentionē Hebræorū ante Abrahamū, qui ſeptima in generatione Hebro ſucceſſit, factā legim⁹: immò nec Abrahamus ipſe ante, quam cum fluvium h.e. Jordanem tranſierit, Hebrȩus appellatus eſt. Si porro ſimplicitatem, facilitatē, in verbis poteſtatem, in loquendo expeditionem ac libertatem conſideramus, quænā hac noſtra ſimplicior facilior, verbis ſignificantior, expeditior ac proloquendo liberior. In textu Hebraico Biblico ipſo, voces Chaldæas legis: ſimilitudinēq. aliquam non exiguam vocum Chaldaicarum, non ſolum Hebræa ſed & relliquæ omnes, quotquot ſunt, habent, ut à quovis, cujuſcunq. nationis ac lingvæ ſit, haut magna cum difficultate ac tædio addiſci poſſit. Videmus etjam vel litteras ipſas ſuas habere ſignificationes, nomina quoque viri ac mulieris, & in hac non minus quam in Hebræa immò magis eſſe ſimilia, nam

à ܡܪܐ Dominus, dicitur ܡܪܬܐ Domina, à ܓܒܪܐ vir ܓܒܪܬܐ mulier. Mirum quoque non eſt, Hebreum Hebręis Hebraicè ſcripſiſſe, Deumque ipſum hos ſua lingva alloqutum fuiſſe, alias namque illum intelligere non potuiſſent. Quod autem nomina illa antiquiſſima attinet, vera illa Syra ſunt, optimamque habent in hac interpretationem. Quod, ſi quædam occurrant, quarum interpretatio nobis hoc ævo, non ſit ſatis nota, oritur id inde, quia multa vocabula Syra interierunt, nec lingva hæc eodem modo nunc ut olim ſeſe habet. Poſtremo ſimili vero videtur eſſe, ſecundum Adamum eédem quâ primus Adam, lingva uti debuiſſe, at ſecundus Syra, ergo & primus. Vide plura de hujus antiquitate ac præſtantia, apud Theodoretum *in quæſt. in Gen quæſt.* 59. Plin. *l.* 7. Auguſtin. Eug. *l.* 1. *c.* 1. *de peren. Philoſ.* Iacob. Chriſtopolit. *in prol. ſuper Pſalm. tract.* 6. ubi etjam citatur pro hac ſententia *Albumaſar Rabbi Iuda* in tractatu Sinhedrim. Franciſ. Georg. Venet. *in probl. in Sacr. ſcript.* Tom. 1. & de *Hiſt. Sacra.* ſect. 3. & 7. Quemadmodum verò, quicquid antiquiſſimum, illud pręſtantiſſimũ ac utiliſſimum, ſic lingva hæc & præſtantiſſima & utiliſſima cenſetur meritò: maxime ſi conſideretur adhuc eam non ſolum apud parentes noſtros primos, ſed eamdem quoque ſemper & apud nobiliſſimos ac primarios totius hujus uni-

verſi, apud Reges & principes, eorumque ſubditos remanſiſſe. Hoc ita eſſe, non ſolum ſacra, ſed prophana quoque teſtatur hiſtoria, cum primũ ac maximum regnum quod in terra cepit, apud Chaldæos fuiſſe doceat: vide ſis Daniel. c. 2. ubi copioſe hæc. Cumque ita Chaldæi non antiquitate ſolum ſed & dignitate ac imperio relliquos multis paraſangis ſuperarint, non dubitandum lingvam illam, qua ipſi ipſorumque reges loquuti, in ſcribendis Hiſtoriis ceteriſque rebus ad bonum publicum pertinentibus uſi, maxime præ ceteris omnibus lingvis, dignitate & pręſtantia excellere. Nec dubium Chriſtum ipſum ejuſque Apoſtolos concionatos eſſe Iudęis, popularibuſque ſuis regnum Dei annunciaſſe idiomate Syro, materno illis: temerarium quippe aliàs, ac ridiculoſum nimis, alloqui aliquem ea, quam nõ norit, lingva. Quoniam quidem, (ut divus Auguſt. de ſuo hoc mihi largiatur, mallet quis cum cane ſuo verſari, quam cum homine ignotę lingvę. Hebręo obiiciat aliquis, Paullum Iudęos allocutos fuiſſe, Act. 21. & 22. ſermone? Is conſideret, omnes ferè voces Syras ab Evangeliſtis, ut teſtimonio eſſent lingvę Syrę, ſtrictè retentas Hebręas vocari, hoc eſt populares, eo tempore uſitatas in populo Hebræo. Res exemplo non eget: adi Evangeliſtas, & voces obſerva, mecum ſenties. Pręterea Hebręa vel Moſaica lingva, eo

tempore non niſi à doctis intelligebatur & ex libris addiſcebatur, qua ſolum Scribæ & Phariſæi in diſputationibus, in templo ac ſcholis utebantur. Unde colluvies phariſæorum, ubi Chriſtum docentem ac diſputantem audierat ἐκστάσει quadam quaſi correpta, in hæc verba erumpit, unde hæc huic ſapientia, unde hic litteras ſcit, cum non didicerit. Hac eadem lingva gaudium, Pax, ſaluſque ipſa ab Angelis annunciata hominibus, hac multos ſanavit Meſcihho noſter, hac divina, diviniſque amoris refertiſſima præcepta tradita fuerunt: Hac remiſſio peccatorum prædicata: Sacramenta inſtituta, hac omnia Chriſtianæ fidei myſteria, & ut verbo dicam univerſa doctrina Chriſtiana, unde quoque Chriſtiano nomine gaudet, revelata: hac ut Cacodęmon ad peccandum primum hominem inſtigavit, eádem etjam ſecundus homo eumdem catenis ligavit, ac vicit, ſacratiſſimiſque ſuis labris cum in his terris degeret, nobis conſecravit. Vides quæ dignitas hujus ac ſublimitas, & quanti hæc ſit facienda.

Poſtremò, quænam ad textum Hebraicum, reconditóſque ſacræ ſcripturæ ſenſus enodandos, prophetáſque de Chriſto loquentes, exactè facileque intelligendos, hac utilior? quæ aptior? Cum enim huic Hebręus adeo adfinis ſit ſermo ut in quamplurimis vocibus, dicendique modis

ac phra-

ac phraſibus inter ſe conveniant, quid ni ſignificantioribus ac evidentioribus verbis, eumdem explicare poterit. Exempla adducere ſupervacaneum eſt, lege Paraphraſtes Chaldæos, ſententię huic ſubſcribes, vera me dixiſſe fateberis. Iám in N. T. quæ difficilia in textu Græco, ea ita in textu Syro explicata reperiuntur, ut commentarij inſtar Syrus textus merito cenſendus. Neque quiſquam lingvam Hebręam vel perfectè diſcere vel accurate docere poteſt, niſi priùs hanc addidicerit, primaque in hac fundamenta jecerit. Nil dicam de libris Hezræ & Danielis, qui magna ex parte hoc Idiomate conſcripti: ſaltem quomodo ſcripta Hebræorum, commentaria Rabbinorum, eorumdem in SS. interpretationes rectè ac perfectè intelligere poterit, cum plus Chaldaiſmi quam Hebraiſmi ſapiant; ut taceam de plurimis Aſtronomicis, Mathematicis, Philoſophicis Theologiciſque libris, quorum magna copia in hoc ſermone conſcripta. Quod ſi ſapientiæ amor, lingvæ ſuavitas, ad addiſcendam lingvam Græcam nos allicit, quanto magis ad Chaldaicam, ex qua Græci omnes ſuos theſauros, Ariſtoteleſque ipſe quicquid habet, hauſerit, addiſcendam rapi debemus. Et ut multa alia taceam, vel unicum hoc nos inflammare debet ad hujus ſtudium, ſcilicet ea loqui lingva eamque intelligere velle, qua ipſe Chriſtus cum

ſuis Apoſtolis locutus, iis uti vocibus, quas ore ſuo ſacratiſſimo proferendo nobis conſecravit.

Atque quidem hęc hactenus. Vobis verò Dn. Potentiss. Dn. Clementiss. antiquiſſimę ac primevæ, pręſtantiſſimę ac utiliſſimę lingvę hujus, ut inſtitutiones haſce meas obferrem, Excellentiisque Vestris conſecrarem, Veſtra, in me immerentem, Clementia, Veſtra in me indignum, bonivolentia fecit, mea in vos obſeruantia, reverentia mea in vos fecit, veſter, quo litterarum amãteis omneis proſequimini, Amor, veſtra Auguſtiſſima dignitas fecit, perſuaſit, obtinuit: majora meretur, excellentiora, graviora, requirit: minora tamen, humiliora, ſubmiſſioráque non adſpernabitur. Sereno itaque hilarique vultu, ac manu bonivola & amica haſce, ut ſoletis, Dn. Clementiss. clementérque accipiatis, meque fauore veſtro proſequi haut dedignemini, humillimè rogo obteſtorque.

Vltra quod eſt, Dn. ac P.P. Magnificentiss. Avgvstiss. Aloho Reipub. veſtræ Illuſtriſs. aſſertor, ac primus auctor, imperium vobis veſtrum, veſtriſque ſubditis, ſartum tectum ſoſpeſque ſervet, augeatque, in nominis ſui gloriam, patriæ ſalutem, veſtrumque decus ac ſplendorem: ac ſua adſit gratia, ut inconcuſſa ac illæſa inter vos maneant ea, quæ pri-

maria

maria proſperitatis omnis munimina ac muri, Pietas, Relligio, Iuſtitia, Concordia, Fides. Quod ego totis animi viribus à IEHOVA, unico noſtro ſoſpitatore, contendo.

Illuſtriſſ. ac Celeberr.
Veſtræ Potentiæ
Humillimus

Ioh. Gasbar Myricæus.

## Rhithmus ad Iuuentutem.

ܐܝܟܢܐ ܕܢܦܫܗ ܢܘܟܒܕܢܐ

ܢܗܘܐ ܫܦܝܪ ܘܡܟܒܕܢܐ ܀

ܘܐܝܟܢܐ ܕܢܦܫܗ ܡܬܪܥܝܬܐ

ܠܗܘܐ ܫܦܝܪ ܡܬܪܥܝܬܐ ܀

ܠܓܪܐ ܗܝ ܗܝ ܕܢܝܪ ܡܢ ܐܝܟܐ

ܘܢܚܪܐ ܗܝ ܗܝ ܡܢ ܫܡܫܬܐ ܀

ܗܠܝܢ ܢܠܦܘ ܠܠܡܕܝܐ

ܘܐܝܟ ܕܒܥܝܪܐ ܫܦܝܪܐ ܀

I. G. M.

Cicer.lib.1.offic.

Non omnes iiſdem de rebus, nec in omni tempore, nec ſimiliter delectamur.

## Lingvarum Studioſo S.

*NE ſis neſcius, nos, in conſcribendis noſtris hiſce artis Grammaticæ Syro-Chaldææ præceptis, ſequutos eſſe, methodum conſtantiſsimam, viri celeberrimi Dn. Petri Martinij Navarri, quam in ſua Hebræa obſervavit Grammatica, quia hanc & ſimpliciſsimam, & ad addiſcendum linguas Orientales aptiſsimam deprehendebamus. Martinij verò verbis præceptiſque tenaciter, quantum quidem fieri potuit, inhæſimus, ut demonſtraremus, tum harum, de quibus hic agimus, tum linguæ Hebrææ maximam adfinitam nec non cognationem invicem eſſe, atque eum, qui unam aliquo modo ſciat, haut magno labore ac difficultate, & alteram, ex eiuſdem, quàm iam norit, præceptis & regulis, breviſsimo temporis ſpacio, addiſcere poſſe. Monendum porro te duximus, cum plures concurrant voces, tum Syræ tum Chaldææ, ſine ulla diſtinctione, vel voce aliqua latina ſeparatæ, ab ea incipiendam eſſe lectionem, quæ, ſi latino more legeremus, ultima foret, alias ab hac incipiēdum, quæ voce latina diſtinguitur. Σφάλματα inter excudendum commiſſa, in frontiſpicio hic adſcribere libuit, quamvis craſsiora ſolùm: ea, ſi libet, priuſquam lectioni te des, accuratè corrigas, rogo, noſque excuſatos habeas, ſiquidem ſepiuſcule alia agendo, obiter ſolummodo quædam perlegere coacti ſumus: nec Argum etiam ipſum, licet oculorum refertiſsimus dicatur, omnia minutiora, currente maximè prælo, advertere poſſe cenſemus: ſed, adplica manum, videbis & credes. Si fortè prolixiores ac copioſiores, quam phas, in adducendis exemplis fuerimus, ea inſtar præceptoris vivi eſſe duximus, ut te eo certiorem, omnium eorum quæ dixeramus, faceremus, nec puto ullam nos vocem, maximè Syram, quæ aliquam difficultatem habeat, & à norma aliarum diſcedat, prætermiſiſſe quantum quidem hactenus, aſsidua lectione obſeruare nobis licuit. Vale & primitias haſce noſtras boni-conſule, eiſque utere, ac tibi perſuade, te exiguo temporis ſpacio, muto hos præceptore adiuvante, mediocrique tua diligentia accedente, omnem harum linguarum difficultatem feliciter ſuperaturum.*

### Sphalmata in Latinis.

Pag. 40. linea, 6. præeunte. 57. ult. paſſivum. 59. 19. exciſus eſt. 61. 5. incipientia. 71. penult. ſufficit. 76. 19. & 78. 20. conjugationis. 87. ult. uſurpant. 95. 6. redigat. 98. 17. ſepiſſime. 102. 3. ſimplicibus. 105. 10. uſitatior. 112. 10. irri-

tatus eſt.113 15. puros.119.20.adſumitur. 134.2.viceſimū ſecundum.136.14.Si.141.ult.adſtringuntur.145.7.devaſtatæ.149.5. dele, ſed. 158.25. tentavit.170.4.juſtificabit. 189.adde c.1.de Syntaxi Nominis cum Nomine. 193.3. aliquod.212.17.plurimum.215.20. ſeminant.219.12. vero.219.antep.ceciderunt.216.1.redundat.255.11.exponitur.23.firmamentum.256.16.væ.261.pen.judicij.268.6. concurſum.277.13. Chriſtiani. In nonnullis exemplaribus & hæc ſequentia corrige.15.18.dagheſſata. 17.2.in filios.15.conjungat.20.24.Severi.22.1.terminatio.23.16. membrorum.26.14.anomala.32.1.c.octavum.36.19.Apocope.185.20.& 186.22.Ratiotinativa. In Chaldaicis.

Pag.41.2.ל pro לָ.51.5.יִ pro יי.52.21.י pro יִ.71.5.תְ pro תַ. 81.ante.תוֹ pro תוֹ.87.6.ὀξέςρεπτος.98.2. יְהַרְהִרְן.183. ant. ןְ pro בּ.196.21.פּ pro עֲרֵ.191.2.אֲרֵ pro צֵ.5.5.צְעַ pro צִ.עַ pro ל.ל 23.אֵ pro אַ.202.7.י pro יְ.209.24.יִרְ pro יַרְ.241.10.טִיל pro טַל.246.15.תִּי pro תִי.258.18.וַאֲרִים.In quibuſdam.pa.20.13. אנא.7.dele א poſt קַטְלְנָא.21.6.p pro ר.pen.לְבוּרִי תַלְמוּדֵי

In Syris.

Pag.49.8. ܒܼܐ pro ܒܐ.60.ult. ܐܢܐ.68.17.ܼ pro ܿ.69.12. ܿ pro ܼ.125.pen.ܼ bis,ut & in quibuſdā p.23.ant. bis, pro ܿ.147.14.adde ܘ ܒܢܝܢ.15. ܥܠ.pro ܥܠ.147.18. ܡܢ pro ܡܢ.171.15. ܟܒ pro ܟܒ.178.12. ܨܒ.182.14.ܼ pro ܿ. 188. 13.ܼ pro ܿ.196.17. ܨܠܡ pro ܨܠܡ.197.14.15. ܨܐ pro ܨܐ.198. 5. ܨܠܐ.207.4. ܐܚܘܢ.225.13. ܚܣܢܝܬ pro ܚܣܝܬ. 234.9. ܢܦܫ pro ܢܦܫ.235.11. ܒ pro ܒ. 242.10. ܼ pro ܿ.248.19. ܢܦܫ.252.2.ܼ pro ܿ.269.6. ܿ. in quibuſdam pag.29. ܙܒܢ pro ܙܒܢ &c.

Si quæ alia,tuo Candori.

# GRAMMATICÆ SYRO-CHALDÆÆ I·G·M·METHODO CONSTANTE CONSCRIPTÆ

## *LIBER PRIMVS.*

## CAPVT I.

### De Litteris.

GRAMMATICA eſt ars bene loquendi; ut Syris Syrè, Chaldęis Chaldæè. Ejus partes duę ſunt: Etymologia & Syntaxis. Etymologia eſt pars Grammatices, quæ præcipit de voce. Vox eſt nota, quâ unumquodque vocatur. Vocis partes ſunt littera & ſyllaba. Littera eſt pars vocis, quâ ſonus individuus exprimitur. Litterarum Syrarum ſcriptura pectus verſus *; Chaldaicarum à dextra ſiniſtram verſus ducenda.

* Maſius: Pergam ad alia, ubi prorſus monuero, Syros non à dextra ſiniſtram verſus ducere manum, ut Iudæi faciunt: ſed eam cum calamo ex adverſo poſitam, ſenſim ad ſe pertranſverſo ſitu collocatam chartam reducere: propterea quod ſic commodius, aptiúſque ipſorum litteræ formentur.

Cæterum legendi rationem prorſus eamdem quam Hebræi retinent: planè enim ſic Syrorum litteræ inter ſe cocunt conſociant úrque in ſyllabas, vocalibus extrinſecus adpoſitis, tanquam animatæ, ut Hebræorum.

Littera duplex: Vocalis & Conſonans. Et litteræ homogeneæ ſepiſſimè commutantur. Vocalis eſt littera, quæ per ſe ſonum integrum poteſt efficere. Vocales tantùm quinque ſunt apud Syros, ſono cum He-

bræis convenientes, ſed duplici forma. Vna & antiquior, per certas figuras, pro ſcripturæ commoditate locandas, notatur: h. e. aut infra aut ſupra litteram, hoc pacto: ܐܴ vel ܐܵ : ܒܹ vel ܒܸ : ܒܼ vel ܒܻ : ܘܿ vel ܘܹ : ܘܼ vel ܘܻ.

A E I O V

† Sumpta à vocalibus Græcis vel inverſis, vel paullo aliter ductis.

Vocalis quinta ^ quando litteræ imponitur ׃ Hebræorum, ſubjecta verò ׳ refert: ſic ܡܛܠ מְטֻל *propter*. Matt. 5. 10. ܟܠ כּוּל *omnis*, Matt. 1. 17. 22.

Altera verò & recentior, per certa puncta notatur: hoc modo: ܘܿ vel ܘܼ ܘܿ ܒ݂ ܒ݂ vel ܐܵ

V O I E A

Hæc ſedem ſitúmque ſuum perpetuò retinet: excepto unico iſto puncto litteræ vau imminente, qui, ſi ſuperius, v breve vel Kubuz Heb. ſi inferius v longum vel ſciurek denotat, ſic: ܒܳܪܽܘܝܳܐ creator, ܚܽܘܒܳܐ charitas, ܢܩܽܘܡ ſurget.

* Orta ex ſcripturæ celeritate.

Veteres Syri vocalibus ſuis certas attribuêre appellationes, ut videre eſt ex ſequenti ſchemate.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Prima. | ܦܬܚܐ *Apertio.* | ܐܒܪܗܡ *Abrohom.* | A |
| Secunda. | ܪܒܨܐ *Preſſio.* | ܐܫܥܝܐ *Eſchaio.* | E |
| Tertia. | ܚܒܨܐ *Strictio.* | ܐܝܣܚܩ *Iiſcock.* | I |
| Quarta. | ܙܩܦܐ *Sublatio.* | ܐܕܡ *Odom.* | O |
| Quinta. | ܥܨܨܐ *Compreſſio.* | ܐܘܪܝܐ *Vrijo.* | V |

Omnes

Omnes verò incluſerunt in vocem hanc ſequentem ܒܦܪܝ ܢܡܘܣܗ vel ; ܒܦܪܝ ܢܡܘܣܗ in fructu legis ſuæ.

Virorum illuſtrium nomina adhibuerunt, quia cujuſvis vocalis ſonus, in prima illorum ſyllaba continetur; indéque fit, ut nunc communiter, quotieſcunque de Vocalibus ſermo habetur, his ipſis nominibus propriis eas adpellamus. Nos hic in noſtro libro, adpellatione ex ordine ſumpta, Vocalis prima, ſecunda, &c. dicimus.

Altera verò adpellatio profluit è cauſſis inſtrumentalibus. I. Apertio dicitur, quod recludat cũ ore ipſum guttur, utpote cujus infima extremitate ſonãs edatur. II. Preſſio ſeu calcatio quia aliquomodo preſſè profertur. III. Strictio, quod vox eò à gutture receſſit, ut jam ad dentes pertingat, illorúmque ſtrictione & conſociatione opus habeat, quo pleniùs efformetur. IV. Sublatio quia in enunciatione hujus, vox extra dentes è pulmone egreſſa, faciat ut labra attollantur ſublatiorique ſono efferatur. V. Compreſſio ſeu coarctatio, quod aliquantulum coarctatis collectíſque labris pronunciatur.

Vocales hę, ratione poſitus aut loci, longæ & breves eſſe poſsũt: quantitatis enim diſtinctam hæc lingua reſpuit differentiam. Sunt autem breves, quarum ſonus ilicò à conſonantis litterę ſono exſtinguitur, & cum eo confunditur: longæ, quarum ſonus aut apertè aut tectè à litteris ܐܘܝ ſuſtinetur, ut: ܐܢܘܢ Enũ ubi E eſt longum, quia ejus ſonus, à nullâ conſonante impeditus, longiùs durat: V verò breve quia cum inſequentis litteræ Nun voce confunditur. Sic ܐܝܕܐ i. & o longæ, quia ambæ ſuſtentantur. Quidam tamen Grammaticorum Syrorum, aliter ſentiunt, ac ſecundam, tertiam, & quintam certis in locis & longas & breves: relliquas verò duas ſemper & ubique longas eſſe cenſentes; quod quidem non tam ad lectionem quàm ad lingvæ perfectionem, artemque metricam pertinere arbitor. Sed fuſius de hoc, in Collectaneis noſtris Syris, parte ſecunda, dicturi ſumus.

Chaldei totidẽ quot Hebræi habẽt vocales, que for-

mâ,quãtitate,& ſono cũ ipſis Hebręorum cõveniunt.

CONSONA, eſt littera, quæ tantùm cum vocali ſonum integrum poteſt efficere. Cóſonæ Syræ, formæ ſuæ quantitate diſtinctæ,aliæ majuſculæ, aliæ minuſculæ, ceu ordinè pòſt collocabuntur. Eędemque Chaldaicis, quibus & nunc Hebræi utuntur, vel ſimiles fermè,vel cognatę : ideóque ex iiſdem effingi ductu leviore queunt. Conſona verò duplex: ſemi vocalis,aut muta. Semivocalis eſt, quæ ſonũ per ſeſe, tãquã vocalis,dimidiũ efficit. Eſtq; vel acuta vel obtuſa. Acuta,dẽtib.lingua pulſatis effertur,&eſt quadruplex.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Semkath | ܣ ܣ | ס | S. |
| Scin | ܫ ܫ | ש | Sc. |
| Riſc. | ܪ ܪ | ר | R. |
| Lomad | ܠ ܠ ܠ | ל ל | L. |

Obtuſa,labiis profertur: item quadruplex.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mim | ܡ ܡ ܡ | ם מ | M. |
| Nun | ܢ ܢ ܢ | ן נ | N |
| Vau | ܘ ܘ | ו | V. |
| jud | ܝ ܝ | י | I. |

Duæ iſtæ litteræ ו & י, apud Chaldæos anomaliam quãdam pariunt: ponuntur enim geminatę,vel loco daghes forti,vel loco conſonãtis ſimplis,ut: טוּפֵּי *rivuli* pſal. 1. עִנְוְתָנֵי *humiles* pſ. 9. תַּיְּבִין *peccatores*.pſ.1. וְאִתְקַיְּימוּ *& perſiſtite*,Ier.27.17. יְדַיי *manus meæ* pſ. 22. וּמְרָדַיי *& rebellationum mearum* pſ. 25. וְזַיְּיעָא & commovet,Amo.9.5.

Conſona muta eſt, quę ſola conatum quendam duntaxat mutit: Eſtque tenuis vel adſpirata. Tenuis leniter mutit:eſtque aperta vel clauſa.

Aperta fit labiris apertis : Eáq. dentium eſt aut palati Dentium triplex eſt:

Tteth

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tteth | ܛ ܛ | ט | T. |
| Tau | ܬ ܬ | ת | Th. |
| Dolath | ܕ ܕ | ד | D. |

· Porrò ex his litteris & ſemkath, duo litterarum compendia exſtitêre:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sſode | ܨ ܨ | צ ץ | Sſ. |
| Zain | ܙ ܙ | ז | Z. |

Pàlati eſt item triplex:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Kof | ܩ ܩ | ק | Q. |
| Cof | ܟ ܟ | כ ך | K. |
| Gomal | ܓ ܓ | ג | G. |

Muta clauſa fit labiis compreſſis, eſtque duplex.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Beth | ܒ ܒ | ב | B. |
| Fe | ܦ ܦ | פ ף | Ph. F. |

Extra ordinem adjecti characteres, extremis tantùm vocibus ſerviunt;& finales ideò appellantur.

Adſpira aſpirat è gutture. Ea lenis eſt aut denſa.

Lenis molliùs ſpirat: eſtque duplex:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Olaph | ܐ ܐ | א | |
| He | ܗ ܗ | ה | H. |

ܐ א, lenẽ adſpirationẽ cõfuſam ſortitur in vocali primâ, in ceteris diſtinguitur. ܗ ה, lenis & ipſa adſpiratio; Latinóque H reſpõdet. ܐܗܘܝ אהוי frequẽter mutantur.

Porro è mutis ſex tenues adſpirationem aliquam lenem interdò ſortiuntur, idque vel ob elegantiã & ſuavitatẽ pronũtiationis; vel diſtinctionis gratia. Ea ſunt:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ܬ | תֿ | TH | ܓ | גֿ | GH |
| ܕ | דֿ | DH | ܒ | בֿ | BH |
| ܟ | כֿ | CH | ܦ | פֿ | PH |

Cumque ita adſpirantur, Syrè, infra ſe punctum ܪܘܟܟܐ LENITATIS, nanciſcuntur, adflatæ videlicet

vocalis præcedentis ſpiritu, eoque quaſi adfectæ.

Porrò, hæ litteræ duræ ſunt & aſperæ, initio vocis, quotieſcunque eas non præceſſerit, in vocis antecedentis fine, una ex ܐܗܘܝ: aut ex ſervilibus ܒܘܠܕ ejuſdem in vocis initio: vel ſi prima dictionis littera in çeva quieſcat, eamque una harum ſex eveſtigio ſequatur; ſuperiuſque punctulo ܩܘܫܝܐ, ASPERITATIS, notantur. Vbi nota, Scriptores Syros rubrica pingere cõſuêſſe adſpirationis & aſperitatis puncta, ut ab aliis, quorũ ingens numerus, diſcernerent. Sed fuſiùs, Volente Deo, ac pleniùs de litteris, BGHODH KFOTH, peculiari aliquo in tractatu, dicturi ſumus.

Chaldæi cum Hebræis conveniunt, & planè illorum regulas obſervant.

Denſa adſpiratio craſſior eſt: itémque duplex:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Hhet | ܚ | ܚ | ח | Hh |
| Ee | ܥ | ܥ | ע | |

Hhet, eſt quaſi duplex adſpiratio, nonnihil profundiùs prolata, cujus ſonus ſimilis frigore adfectorum aut dolore concuſſorum. Ee verò ſonum ſimilem eſſe vagitui illi ſeu ſono, quem vitulus, abſente matre edere conſueuit, Syrus quidam ait.

Porro litterarum vulgo alia deſcriptio eſt, indéque numeri notantur, hoc modo:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Olaph | ܐܠܦ | ܐ | א | 1 |
| Beth | ܒܝܬ | ܒ | ב | 2 |
| Gomal | ܓܡܠ | ܓ | ג | 3 |
| Dolath | ܕܠܬ | ܕ | ד | 4 |
| He | ܗܐ | ܗ | ה | 5 |
| Vau | ܘܘ | ܘ | ו | 6 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Dſai | ܙܝܢ | ܙ | ז | 7 |
| Cheth | ܚܝܬ | ܚ | ח | 8 |
| Theth | ܛܝܬ | ܛ | ט | 9 |
| Iud | ܝܘܕ | ܝ | י | 10 |
| Coph | ܟܘܦ | ܟ | כ | 20 |
| Lomad | ܠܡܕ | ܠ | ל | 30 |
| Mim | ܡܝܡ | ܡ | מ | 40 |
| Nun | ܢܘܢ | ܢ | נ | 50 |
| Semchath | ܣܡܟܬ | ܣ | ס | 60 |
| Ae | ܥܐ | ܥ | ע | 70 |
| Phe | ܦܐ | ܦ | פ | 80 |
| Tſode | ܨܕܐ | ܨ | צ | 90 |
| Qoph | ܩܘܦ | ܩ | ק | 100 |
| Riſch | ܪܝܫ | ܪ | ר | 200 |
| Schin | ܫܝܢ | ܫ | ש | 300 |
| Thau | ܬܘ | ܬ | ת | 400 |

Datur et alia litterarum diuiſio, priori valde affinis, quam, quia potiſſimũ proximitati harũ linguarum cum Hebręa inſeruit, adſcribendàm hîc duxi.

Ea ipſa quoque iuxta humanæ vocis inſtrumenta contigit;

| | | |
|---|---|---|
| Gutturis | ܐܗܚܥ | אהחע |
| Palati | ܓܝܟܩ | גיכק |
| Linguæ | ܕܛܠܢܬ | דטלנרת |
| Dentium | ܙܣܨܪܫ | זסשרץ |
| Labiorum | ܒܘܡܦ | בומף |

Adde peculiariter quieſcentes ܐܗܘܝ האוי.

Si deriuationem harum & Hebrææ ſpectes, litterarum, ſæpiſſimè accidit immutatio.

Mutantur verò inter ſe, tum quæ eiuſdem inſtrumenti ſunt, aut diuerſi.

Ejuſdem inſtrumenti litteræ commutantur.

I. Quieſcentes

| | | |
|---|---|---|
| ܗܘܐ | הוה | היה |
| ܫܝܘܠ | שיול | שאול |
| ܪܝܫ | ריש | ראש |
| ܐܘܬܒ | אותיב | הושיב |
| ܫܢܐ | שנא | שנה |

II. Gutturis

| | | |
|---|---|---|
| ܒܙܐ | בזא | בזה |
| ܟܗܐ | כהא | כהה |
| | רעי | ראי |
| ܐܪܥܐ | ארע & ערע | |
| ܚܣܝܢ | חסין | |
| ܚܠܡܐ | אלם | חלם |

III. Palati

| | | |
|---|---|---|
| ܩܦܠ | קפל | כפל |
| ܣܟܪ | סכר | סגר |
| | פילקתא | פילגש |

IV. Lingvæ

| | | |
|---|---|---|
| ܢܛܠ | נְתַל | נְתַן |
| ܛܥܐ | טְעָה | תָּעָה |
| ܛܒܬܐ | | דִּבָּה |
| ܡܪܓܢܝܬܐ | | מַרְגָּלִית |

V. Dentium

| | | |
|---|---|---|
| ܟܢܫ | כְּנַשׁ | כָּנַס |
| ܒܣܪܐ | בִּסְרָא | בָּשָׂר |
| ܥܣܒܐ | עֲסַב | עֵשֶׂב |
| ܥܣܪ | עֲסַר | עָשָׂר |
| ܣܒܥ | סְבַע | שָׂבַע |
| ܩܨܡ | קְצַם | קָסַם |

VI. Labiorum

| | | |
|---|---|---|
| ܦܪܙܠܐ | פַּרְזְלָא | בַּרְזֶל |

Diverſi inſtrumenti inter ſe commutantur.

I. Gutturis cum Linguæ

| | | |
|---|---|---|
| ܛܘܪܐ | טוּרָא | הַר |

II. Dentium cum Linguæ

| | | |
|---|---|---|
| ܐܕܢܐ | אוּדְן | אֹזֶן |
| ܕܟܪ | דְּכַר | זָכַר |
| ܬܠܓܐ | תַּלְגָּא | שֶׁלֶג |
| ܬܒ | תַּב | שׁוּב |
| ܥܝܪ | עִיר | עִיר |

| | | |
|---|---|---|
| ܕܗܒܐ | דְּהַב | זָהָב |
| ܕܐܒܐ | דְּאֵבָא | זְאֵב |
| ܥܛܠ | עֲטַל | עֲצַל |
| ܩܝܛܐ | קַיִט | קַיִץ |
| ܩܛܪ | קְטַר | קָשַׁר |
| ܬܠܬܐ | תְּלָתָא | שְׁלֹשָׁה |

III. Linguæ cum Dentium

| | | |
|---|---|---|
| ܐܪܡܠܬܐ | אַרְמְלָא | אַלְמָנָה |
| ܬܪܝܢ | תְּרֵין | שְׁנַיִם |

IV. Labiorum cum Dentium

| | | |
|---|---|---|
| ܐܚܝܢ | אַחִין | אַחִים |

V. Labiorum cum Lingæ

| | | |
|---|---|---|
| ܚܘܐ | חַוָּא | חַוָּה |

His addantur aliç aliarum cõmutationes, videlicet, vbi ſimiles formæ permutantur.

| | | |
|---|---|---|
| ܐܪܥܐ | אַרְעָא | אֶרֶץ |
| ܪܥܥ | רְעַע | רָצַץ |
| ܥܡܪܐ | עַמְרָא | צֶמֶר |
| ܥܢܐ | עָאן | צֹאן |
| ܬܪܥ | תְּרַע | חֵלֶק |
| ܚܪܥ | | חָרַץ |

Nõnũquã etiam quçdã litteræ vel Trãsponũtur, vt: חלק.

| | | |
|---|---|---|
| ܚܩܠ | חֵקֶל | חֵלֶק. |
| ܬܪܥ | תְּרַע | שַׁעַר |
| ܓܘܪܠ | גְּוֹרַל | |
| ܒܣܪ | בְּסַר | |

Veldetrahuntur & abſorbentur, quod plerumq. fit in duabus hiſce ח & ע, quia illarum pronunciatio nimis aſpera & dura: ac quidem ח abſorbetur ab א, ע verò à י: interdum etiam ambæ detrahuntur, ut illarum nullum veſtigium appareat: quod admodum frequens apud Thalmudiſtas & Syros. In vocibus etjam maximè uſitatis per Apocopen apud Chaldę. & Thalmudi. ultimæ litteræ, ſępiſſime tolluntur, ut:

| | | |
|---|---|---|
| ܬܬܢ | תְּאתֵא | תַּחַת |
| | שְׁתָא | שַׁחַת |
| | קְטִי | קְטִיעַ |
| | בַּר | בַּעַל |
| | פְּסִי | פְּשַׁע |
| | יֵשׁוּ | יֵשׁוּעַ |
| ܬܪܥܣܪ | תְּרֵיסַר | תְּרֵעַסַר |
| | אַפְּתָּתֵא | אַלְפַּתְּתָא |
| ܫܫܠܬܐ | | שַׁלְשֶׁלְתָא |
| | אוּקִים | אוּקִי |
| | הוּן | הַן |

Vel quędam adduntur

| | | |
|---|---|---|
| ܫܥܒܕ | שַׁעְבֵּד | עָבַד |
| ܫܚܠܦ | | חָלַף |
| ܫܥܠܐ | | עָלָה |
| ܣܩܒܠ | | קַבֵּל |
| ܣܓܠܓܠ | | גַּלְגַּל |

Rabbini ſepiſſime etjam ſerviles litteras, de quib. infra, loco radicalium adhibent ut:

| | | |
|---|---|---|
| מִשְׁכֵּן | מִשְׁכּוֹן | שָׁכַן |
| תְּרַם | תְרוּמָה | רוּם |
| הִתְחִיל׃ | הִתְחָלָה | חָלַל |

Commutationes ſic ſe habent.

Invenitur ſub quibusdam litteris Syrè virgula trãs verſa - ( vocaturq. ܐܪܛܐ ܡܛܫܝܢܬܐ ) ſignum videlicet abſconſionis: notat enim illam litteram ſub quâ collocatur, abſorberi, ut: ܐܢܫܐ ܒܪ Bar-noſcho *ἄνθρωπος*. Accidit verò idem in pronomine ܐܢܐ litteræ Olaph ultimo pòſt participium ſingulare: licet ſępiuſcule etiam lineola ipſa non adſcribatur, idque tantúm vocalis litterę olaph omiſſa, indicet, ut: ܐܡܪ ܐܢܐ omer-no, dico-ego: ܩܪܐ ܐܢܐ kore-no, voco-ego. Atque ſic aliquando ingreditur compoſitionem olaph omnino excluſo, ut: ܫܐܠܢܐ peto-ego: ܫܒܩܢܐ relinquo-ego. Similiter ܗ in pronominib. perſonæ tertiæ ܗܘ & ܗܝ, cum vérbis ſupponuntur, vicemq.

verbi ſubſtantivi EST obeunt, non minus abſorbetur quam olaph ultimum in ܐܢܐ : hinc fit ut vocalis illorum ſępiſſime præcedentis vocis ſyllabæ ultimæ adjiciatur, ut: ܛܳܒ ܗܽܘ tob-u, bonus eſt: ܪ̈ܶܓܠܰܘܗܝ ܗܝ raglav-i, pedes illjus: ܡܳܪܝܳܐ ܗܽܘ morja-u, domin⁹ eſt.

Quidam lineolam etiam iſtam, indicem maſculini generis, utriusque numeri Futuri primi Ethpahel, cum nimirum ſub medium vocis ponatur, faciunt. Vide actor. 13. v. 40. pſal. 32. & 35. Differentię ſcillicet cauſſa.

Ambiguis etiam dictionibus, plerumque cum abſint vocales, punctum aliquod adſcribitur, ut eò facilius una ab altera diſcernatur: atq. tunc punctum ſupernum, nota eſt vocalis primę & quartæ: infernum verò, ſecundę & tertiæ: utrumque adjunctum litterę vau, quintę. Et quidem (ut Maſius docet) ſub hac litterà (vau) poſitum, quę tùm perpetuò illic loci auditur, longum eſt, appellaturque ܥܨܨܐ ܐܪܝܟܐ : ſin autẽ verticem ejusdem inſederit litterę, breve eſt & dicitur ܥܨܨܐ ܟܪܝܐ . Hęc ille. Exempla: ܐܝܕܐ pro ܐܝܕܐ man⁹ ܐܝܕܐ pro ܐܝܕܐ illa, pron. femi. ܥܒܕܐ opus ܥܒܕܐ seru⁹. Sic in pronominibus: ܗܘ ܗܘ ille, ܗܘܢ ܗܘܢ illi, ܗܘ ܗܘ ipſe, ܗܘܢ ܗܘܢ ipſi. ܗܝ ܗܝ illa, ܗܝ ܗܝ ipſa. ܗܢܘܢ ܗܢܘܢ illi, ܗܢܘܢ ܗܢܘܢ ipſi. ܗܢܝܢ ܗܢܝܢ illæ, ܗܢܝܢ ܗܢܝܢ illæ. Ita in vocibus ſine numero: ܗܫܐ ܗܫܐ nunc. ܡܢ ܡܢ quis, ܡܢ ܡܢ à. ab.

Idem fit etiam in verbis: & quidem ſupernum indicat 1. primam perſonam præteriti: ſic ܟܬܒܶܬ ſcripſi ego, ܫܒܩܶܬ reliqui ego. 2. diſcernit tertiam feminini à ſecunda & prima maſculini, in vertice ultimæ litteræ poſitum, cui aliud inſuper inferne additur, ſic: ܟܬܒܰܬ ſcripſit femina. 3 participium ſingulare primum á præteriti tertia perſona ſingulari h.e. ab ipſa radice ܟܳܬܶܒ ſcribens. Infernum deſignat ſecudam & tertiam præteriti ܟܬܰܒܬ ſcripſiſti vir ܟܬܰܒ ſcripſit. Similiter in omnibus perſonis futuri ſecundi, ponũt punctum ſubter, pręterquam in prima ſingulari, ubi ſupra locant.

## CAPVT II. DE SYLLABA.

SYLLABA eſt pars vocis, quâ ſonus integer comprehenditur. Eſtque litterę unius aut plurium. Syllaba unius litterę eſt, ut vocalis quælibet. Syllaba plurium litterarum eſt, in qua plures litteræ coagmẽtantur, & quidem dextræ ſiniſtris priores. Atque interdum duæ vocales, interdum duæ conſonæ in unã ſyllabam aggregantur.

Prioris generis ſyllaba DIPHTHONGVS appellatur. Eáque Syris triplex.

I. ubi præeſt ܰ vocalis videlicet prima, ut:

ille Matt. 21. 23. ܐܰܝܢܳܐ } in { ai } ܐܰܝ

magnificavit act. 13,17 ܐܰܘܪܶܒ } in { au } ܐܰܘ

I I.ubi

II. ubi præeſt ܶ, ut:

[2 Tim. 1. Eunica ܐܘܢܝܩܐ } in { eu } ܐܘ

Mat. 26. 67. percutiens ܡܚܐ } in { ei } ܐܝ

III. ubi præeſt ܳ, ut:

Mat. 11. 31. lex ܐܘܪܝܬܐ } in { oi } ܐܝ

Acto, 8. 40 Azotos ܐܙܘܛܘܣ } in { ou } ܐܘ

Chaldæorum cum Hebraicis ſunt communes. Syllaba reliqua binas tantùm conſonas utrinque continet, quarum conjunctionis ſymbolum appellatur çeva, quod omnibus litteris vocalibus deſtitutis Syri vel ſubintelligunt, vel unico punctulo ſupponendo aliquando, rariſſimè tamen, repræſentant, ut: ܕܚܠܬܗ timor ejus. Matthæ. 28. 4.

Syrè autem çeva vel movetur: vel in alias vocales transmutatur: vel denique planè expungitur.

Movetur 1. ab initio dictionis, ut: ܡܟܢܫ mechanneſch, congregans Matt. 25. 24. 2. poſt ſyllabam perfectam in medio vocis, ut: ܡܟܪܙܝܢ mach redſin. prędicantes, acto. 8. 4. 3 ſub littera dagſſata, ut: ܢܬܟܢܫܘܢ nethchanneſchun, congregabuntur Matt. 24. 31. Sub litteris verò connexilibus, & ubi conſonæ per ſuas perfectas adjectas efferri poſſunt, illáque connexio nullam parit diſſonantiam, ſine vitio legendo loquendóque illud omitti poteſt, ut: ܟܬܒܐ ktovo, ſcriptura Matt. 19. 7. ܒܪܝܟ brich, benedictus Matt. 21. 9.

In fine numquam ſit mobile, ut & apud Chaldęos & Hebræos.

Chaldæis çeva pingitur ut Hebræis, & tùm poſt breves, tùm etjam poſt longas vocales plerumq; quieſcit: atq; ita cum vocali longa & çeva ſyllaba ſit cōpoſita, contra Hebrçæ linguæ naturam.

Hoc ortum ſuum traxiſſe videtur à Grammaticæ analogiæ imperitis punctatoribus *, frequentémque uſum litterarum אוי, quas veteres dictionibus inſertas ſigna ac indicia omnium vocalium tenuerūt. Exempla in Targum & maximè in editione Veneta, ubivis ſunt obvia.

* Quibus de Elias Levita ita ſcribit: אנשים בלי שם: כל אחר ברצונו על כן יצא משפטם מעקל ואין לחביא מהן ראיה לעשורת: h. e. Homines obſcuri ſinguli pro ſuo arbitratu. Quo factum ut iudicium eorum depravatū evaſerit: nec adducenda ratio ex illis eſt, ut res Grammatica in eis conſtituatur.

Mutatur, 1. ſub Gutturalibus vel in primam vel in ſecundam vocalem, ut: ܐܠܗܐ Deus, Matthę. 3. 9. ܐܠܗܐܝܬ divinitus θείως, Ritual. Sever. pag. 60. l. 13. ܐܡܪ dixit, Matt. 1. 20. 2. in tertiam ſub initio, ut: ܝܠܕ genuit: ܝܩܪ gravis fuit.

Chaldæi cum Hebræis hac in parte conveniunt.

Expungitur demum Syrè ſub ſervilibus, aliis vocalibus præſentibus, ut: ܕܐܠܗܐ Dei, Rom. 1. ver. 1. ܠܐܠܗܐ Deū, acto. 10. 46. ܘܝܬܒ & ſedit, mat. 13. 1. ܕܐܝܬܝ quæ ſum, Ioch. 4. 9. ܕܐܬܐ ut veniam, Ro. 1. 10.

ܠܐܘܠܨܢܐ Matt. 24. 9. Duo çeva verò ab initio, prius tranſit in vocalē primam, ut: ܠܒܢܬܐ in filias, 2. Cor. 6. 18. Quod invariatum manet alio accedēte, ut: ܘܠܒܢܬܐ & filias, ib. ܕܒܫܡܝܐ qui in cęlis, Mat. 6. 10.

Notandum & hoc, apud Syros, in ſacris litteris ferè tantum vocalium in vocibus uſitatam ſcripturam: licet & in his quæ notiores atq; ex quieſcētibus faciles cognitu, quandoque eâdem deſtituantur.
Nec vocales etjam litteris debitis ſemper adſcribuntur, ſed interdum præcedentibus interdum inſequētibus.

In ſyllabarum autem compoſitione ſcriptura Syra potiſſimum obſeruanda venit: cúmq; ea hujus ſit naturæ ac proprietatis, ut multas ſyllabas ejusdē vocis, in unam quaſi inter ſe conjungant lineolā: octo ſunt quæ à dextra ſolùm præcedēti compingi & colligari queunt, nimirum, ܐ ܕ ܗ ܘ ܙ ܪ ܨ ܬ quibus adde finales ܟ & ܢ, ܦ & ܩ colligandæ invertuntur, ita: ܟ & ܢ, ut, ܚܕܘܬܐ lætitia Mat. 13. 20. ܚܘܣܪܢܐ ζημία defect⁹ Phil. 3. 7. ܨ & ܦ interveniente lineola dependente dextrorſum ita colligantur, ܚܦܝܛܘܬܐ diligentia, 1. Tim. 1. 17. ܡܠܬܐ verbum, Matt. 5. 37. Item ex reliquis quoque ܐ & ܠ conjuncta, hoc proprii habent, ut prius poſterioris ductum ſequatur, veluti ܠܐ in ܐܠܦܐ navis, Mat. 8. 24. ܠܐܘܬܐ defatigatio, 2. Teſ. 3. 8. Duo Lomad in fine conjuncta ſic forma ܠܠ unum ita ܠ ut: ܡܠܠ locutus eſt, Mat. 9. 33. ܩܛܠ occidit.

Quod etjam aliquando ita formatur ab initio & medio vocis in Ritu. Severi. vide lib. 1. pag. 20. line. 7. ܠܒܘܫܐ ad veſtimẽtum. Sic Ioh. 3. 2. ܒܠܠܝܐ noctu.

Coph & Nun ſolæ ſcriptæ, quando ſeipſos tantùm ſignificare debent, çum finalibus ſuis figuris pinguntur.

Conſonæ autem ſimiles ad ſcripturæ compędium, ſæpius in unam confunduntur, licet voce ſeparentur. Hujus autem confuſionis ſymbolum Syri ܩܘܫܝܐ, Chaldęi Dageſch vocãt, pũctum nempe poſitum Syrè ſupra litteram: Chaldæè littera incluſum, ſic: ܐܬܠ à ܢܬܠ אִתַּן à נִתַּן dedit. Officium tamen ejus etjam eſt indicare Formam activam Conjugationis Gravis, cum ejus paſſiva. vide infra in verbis.

Conſonę gutturis, item Reſch non recipiunt ܩܘܫܝܐ ſeu Dageſch: ideoque vocalis illarum pręcedens, ut & apud Hebręos, producta habetur.

Chaldæi, Thalmudici & Rabbini Dageſch ſæpius reſolvunt in נ, ut: אִנְבָּא pro אִבָּא fructus. Rabbini etjam ejus loco utuntur " vel ", quod & in Targum valde uſitatum. Aliquando Chaldæi ſine ullo veſtigio illud è Gutturalibus excludunt: frequentiſſimè ex littera çevata expungunt. Syri verò raro illud addunt, facile tamen ex analogia cognoſcitur.

Littera He in fine vocis poſita, interdum aſſumit punctum, quemadmodum apud Hebræos, & vim aſſpirationis denſę habet: Syris infra ܗ̣ deſignat 3. perſ. maſ. ſupra ܗ̇ eandem femin. pronomi. ut ſupra dictum. Chaldæis uerò ponitur in ventrem ה & poſt tſere idem pron. 3. perſo. maſ. ſing. poſt ka-

metz

metz verò ejuſdem femin. 3. deſignat.

Litteræ ע ח ה ut apud Hebręos, ita & Chaldęos aſſumũt patha genuva: ה tamen poſt illud reſpuit: quẽadmodum nec Syri id unquam agnoſcunt. vide exẽpla in V. & N. Inſtrumenti libris.

## CAPVT TERTIVM DE ACCENTV ET NOTATIONE.

Ergo hęc de partibus vocis: communes affectus ſunt, accentus & notatio.

Accentus eſt vocis quidam quaſi cãtus. Eſt autem natura unicus accentus in qualibet voce, & ita Chaldæis notatur ſi opus. Syrorũ nondum vidimus, forſan nullus ut credibile.

Notatio eſt, quâ vocis origo exquiritur: eáque eſt in ſpecie aut figura. Species eſt, quâ quæritur utrum vox prima an flexa.

Prima eſt vox primum nata: ea vocatur RADIX, quod inde cęteræ oriantur: & tribus plenis conſonis notatur, ut: ܟܬܒ ſcribſit, ܪܥܐ pavit: שְׁלֵט dominat⁹ fuit, יְתֵב ſedit.

Raro quattuor aut quinque.

Litteræ quæ ſemper radicales & nunquam ſerviunt ſunt undecim, videlicet: ܓ ג ܙ ז ܚ ח ܛ ט ܣ ס ܥ ע ܦ פ ܨ צ ܩ ק ܪ ר ܫ ש. Reliquæ ſerviles, quæ tamen & ipſæ radicales eſſe poſſunt. Thalmudiſtæ פ inter ſerviles quoque numerant.

Flexa eſt vox orta à primâ.

Flexio verò fit adjectione litterarũ ܡܬܘܠܐܢ האמנתיו

quæ modò ad caput, modò in medium, ut-plurimũ verò ad finem radicis adjiciuntur: Eæque quidem ad ſola nomina pertinere putantur: at ſi res accuratè cõſideretur, in qualibet omnino flexione uſum earum communem deprehendemus. Exempla: ܡܩܪܒ offerens, Matth. 5. 23. ܐܬܩܪܒ oblatus eſt. Hebrę, 9. 29. ܬܫܒܘܚܬܐ laus, L. 14. 10. ܝܚܛܐ abort' 1. C. 15. 8. ܐܝܕܐ manus Matt. 3. 12. מִפְקַד mandare אִתְרְחִץ confiſus eſt, תֻּשְׁבַּחְתָּא laus יְקִידָא ignitum &c. quod poſtea è ſingulis flexionibus pleniùs apparebit.

Rabbini recentiores י in fine nominibus addunt, indéque παρώνυμα efficiunt, ut: יום dies יומי diurnus. למוד & תלמוד מורי & תלמידי doctrinalis διδασκαλικός.

Syris verò He, non niſi in fine ſervit, & repręſentat pronomen tertię perſonæ, ut jam ante dictum.

Eædem litteræ, pręter Vau, prępoſitę cuilibet voci incipienti à litteris נ ܢ vel י ܝ affectis çeva, ſæpiùs eas commutāt: Nun quidem in kuſchoi vel dageſch, ut: ܡܛܪܬܐ cuſtodia Matt. 24. 43. à ܢܛܪ cuſtodivit. ܡܣܒܐ acceptio, Rom. 2. 11. à ܢܣܒ accepit. מַתָּן donum à נְתַן dedit. אַפָּקוּת eductio à נְפַק adduxit: jud verò Syri aut omnino abjiciunt, aut in vau mutant: Chaldęi jod vel in dageſch, vel in i ut ܡܠܦܢܐ doctor Matt. 19. 16. ܡܠܦܢܘܬܐ doctrina Ritu. Sevri l. 3. p. 21. à ܝܠܦ diſcere. ܡܘܬܒܐ catheta à ܝܬܒ ſedit. מַדַּע quod & מַנְדַּע ſcribitur, daghes reſoluto in nun, ſcientia, à יְדַע novit. מוֹתָב ſedes à יְתַב ſedit. Nonnumquã tamen manet & quieſcit in tſeri, ut: מֵישַׁר planities à ישר.

Figura eſt, qua quęritur, ſitne vox ſimplex an cõpoſita

poſita. Simplex eſt in alias voces individua, ut: ܩܛܠ קְטַל occidit ܒܥܠ בְּעֵל dominus.

Compoſita quæ in ſimplices dividitur, ut: ܐܒܪܗܡ Abraham. אַבְרָהָם, ܒܥܠܕܒܒܐ adverſarius Matt 5. 43. סְפִקְלָטוֹר ſpiculator. Compoſitio interdum cōtrahit voces, ut: ܒܪܢܫܐ homo Matt. 4. 4. קָטֵלְנָא occido ego, pro קָטֵל occido & אֲנָא ego.

## CAPVT QVARTVM DE VOCIS GENERIBVS.

EXpoſitæ ſunt cōmunes vocis affectiones: Genera ſequuntur.

Vox eſt numeri aut ſine numero. Vox numeri, quæ numerum adſignificat. Eſtque ſingularis aut pluralis. Singularis quæ ſingularem numerum adſignificat, ut: ܡܠܟܐ Rex, ܙܕܩܐ juſtitia, ܩܛܠ occidit vir, ܩܛܠܬ occidit femina. טור mons, צִדְקָא juſtitia, קְטַל occidit vir, קְטַלַת occidit f.

Pluralis quæ pluralem, ut: ܡܠܟ̈ܐ. ܙܕܩ̈ܐ. ܩܛܠܘ. טורין montes, צִדְקָן juſtitię, קְטַלוּ, occiderunt.

Vox numeri eſt etjam generis. Genus eſt differentia vocis ſecundum ſexum: Eſtque ſimplex aut conjunctum. Simplex eſt vnius ſexus: idque maſculinū aut femininū. maſculinū quod mari tribuitur, femininū quod feminæ: fitque à maſculino adiecto in fine ܐ ־ָא, ut: ܛܒ bonus, ܛܒܐ bona, ܣܓܝ multus ܣܓܝܐ multa: חַכִּים ſapiens vir, חַכִּימָא & חַכִּימְתָּא ſapiens femina, קָטֵל occidens vir, קָטְלָא occidens fem. vel etjam ܬ ־ַת, ut: ܩܛܠܬ קְטַלַת occidit femina:

Licet prior illa teminatio aliquando etjam maſculinorum ſit. vide cap. 6. & 7.

Conjunctum genus eſt commune utrique ſexui ut: ܐܢܐ אנא ego, ܟܬܒܘ כתבו ſcripſerunt. Eadem rurſus eſt finita aut infinita. Finita, quæ numerum & genus certis finib⁹ variat, ut: ܟܗܢܐ כהן ſacerdos, ܟܬܒ כתב ſcripſit. Infinita, quæ non variat, ut: ܡܢ מן quis, ܡܐ מא quid, ܡܟܬܒ מכתב ſcribere. Vocis autem numeri ſpecies duæ ſunt: Nomen & Verbum.

## CAPVT QVINTVM
### DE NOMINE.

Nomen eſt vox numeri cum genere tãtùm. Numerus in nomine utriuſque generis in fine Aleph Emphaticum recipit, ita tamen, ut locum He hajeda Hebræi expleat: quãtumvis verò multo frequentior & uſitatior Emphatica hæc forma ſit apud Syros & Chaldæos, quam Hebræos: ſemper enim ferme adhibẽt, licet in Hebræo ה illud non ſit uſurpatum. Eſtque diligenter ab Aleph femineo diſcernendum.

Eadem punctatio eſt Aleph iſtius Emphatici cum affixis, ut: ܡܠܟ ܡܠܟܐ מלכא מלך rex, ܒܣܪ ܒܣܪܐ בשרא בשר caro, בעלא בעל dominus; גברא גבר vir &c. Sed copioſius de Aleph iſto Emphatico in ſingulis declintionibus dicemus.

Syri duo puncta, craſſitie aut colore ab aliis diſtinguenda ··, ex adverſo poſita, pluralibus ſingulari ſimilibus differentiæ cauſſa adjiciunt, & quidem in

vertice

vertice penultimæ vel antepenultimæ: vocanturque ܪܒܘܝ Ribbui quaſi multiplicatum, ut ܚܟܝܡܐ ſapiens, ܚܟ̈ܝܡܐ ſapientes, ܬܘܪܐ taurus, ܬܘ̈ܪܐ tauri: ubi debebat ſcribi ܬܘ̈ܪ̈ܐ, ſed propter punctorum concurſum ſi Riſch adſit, unicum ſolummodo adſcribitur punctum, majoris cõmoditatis cauſſa: ſic ܦܚܪܐ figulus, ܦܚ̈ܪܐ figuli. Interdum infra, ut verò plurimum ſupra ponuntur.

Numerus dualis in Nomine dividitur á plurali, cũ res geminæ ſignificantur: quamvis admodum rarus ſit, quæ enim Hebræa per dualem, hæ plerũque per pluralem efferunt: ut pro ܝܘܡܝܢ dicitur ܝܘ̈ܡܝܢ biduum, שְׁמַיָא & מַיָא á מַיִם, אַדְיָא manus Iiob. 17. 9. רַגְלַיָא pedes, Dani. 2. 41. quæ etjam pluralia eſſe poſſunt.

Genus femininum ſæpiſſime tribuitur nominib[us] geminorum memrorum, etjamſi maſculinorum more formentur, ut: ܐܝܕܐ יד manus, ܪܓܠܐ רגל pes &c.

ſa ſunt,Iac.5.2.: ܐܶܬ݂ܩܪܺܝ dictus,nominatus eſt, Mat. 2.11. 17. Chaldæi verò ut plurimum ea perfectè formant: אִתְאֲכַל devoratus eſt,אִתְאֲמַר & אִיתְאֲמַר Cant.1.11. vocatus eſt. Talmudici אִיתְּמַר dictus eſt.

Incipienta à jod,interdum perfectè formantur;Syrè tamen mutatis duobus çevaim, in vocalem tertiam, poſt quam jud quieſcit. Interdum imperfectè; Syrè Tau formativo dupplicato, pro quo Chaldæi daghes; jud verò in vau, Syrè in primâ (unde diphthongus venit) Chaldæè in cholem quieſcens, mutato. Perfectè, ܐܶܬ݂ܺܝܠܶܕ݂ Matt.2.2. אִתְיְלֵד & אִיתְיְלִיד in Ven. Gen. 4. 26. natus fuit, ܐܶܬ݂ܺܝܠܶܕ݂ܘ nati ſunt, Matt. 19.12. ܐܶܬ݂ܺܝܗܶܒ݂ Matt.28. 18. יְתִיהֵב datus fuit. ܐܶܬ݂ܺܝܬܶܒ݂ in habitatus fuit. Imperfectè, ܐܶܬ݁ܬܰܘܣܰܦ adpoſitus eſt, Act. 11.24.c.13.36. אִתּוֹטַב benefactum eſt, אִתּוֹסַף additus eſt. A נְחַת fit אִתְּחַת vel אִתַּחַת Gen.39.1. demiſſus eſt, אִתְּחַתַת 3. fem. ſing. Eſa. 14. Sic à נְפַק fit אִתַּפַּק & אִתְּפַּק eductus eſt. Reliqua perfectè veniunt.

Rabbini dicunt אִיתַּצַּל pro אִתְנַצַּל defendit ſeſe, ex Hithpael,Hebræorum.

Tremellius, Boderianus, Munſterus, Bertramus, Mercerus & alij, faciunt hîc mentionem alterius præteriti Chaldaici,ex participio præterito Pehal derivati, quod פְּעִיל, & flectitur, ut præteritum, niſi quod ibi chiric parvum, hîc longum ſit. Soli Danieli & Hezræ in vſu.

## Præteritum Pehil.

| F. | Sing. | M. |
|---|---|---|
| קְטִילַת | | 3. קְטִיל |
| קְטִילְתְּ | | 2. קְטִילְתָּ |
| | | 1. קְטִילֵת |
| | Plur. | |
| קְטִילָא | | 3. קְטִילוּ |
| קְטִילְתֵּן | | 2. קְטִילְתּוּן |
| | | 1. קְטִילְנָא |

Ex verbis à jod: יְהִיב datum fuit, Dan. 7. 4. יְהִיבַת c. 7. 12. וִיהִיבוּ & data ſunt, Hez. 5. 14.

Futurum Primum.

| F. | Sing. | | M. |
|---|---|---|---|
| אֶתְכַּתְבִי | ܐܬܟܬܒܝ | אֶתְכְּתֵב | ܐܬܟܬܒ |
| | Plur. | | |
| אֶתְכַּתְבְנָא | ܐܬܟܬܒܢ | אֶתְכַּתְבוּ | ܐܬܟܬܒܘ |

Syri ad differentiam perſ. 3. præt. Maſculini numeri utriuſque, addunt ſub mediam radicis lineolam aliquam tranſverſam vt: ܐܬܒܣܡܘ oblectate vos; Rom. 15. 10. Chaldæi vero ſub א ſcribunt ſegol.

Tranſpoſitio ac immutatio eadē cum præterito eſt. Sic ſyncopa Chaldaica ac Talmudica etiam hic locum habet, vt: אֶכְּתַב pro אֶתְכְּתַב, אֶטְבַע, אֶנְגַר, אֶקְטַל.

Potiſſimum autem eapropter hîc obſervatione dignum

dignum occurrit illud ἐφφαθὰ Marc. 7. v. 34. quod Munſterus in ſuâ Gram. Chal. p. 81. Mercerus p. 30. Boderianus p. 2. Bertramus p. 127. ac venerandus & incomparabilis ille ſenex I. Druſius, ad Voces N. T. p. 224. c. 27. huc referunt, ac ſi Chriſtus dixiſſet ܐܶܦܬܰܚ ܦ cū daghes loco Tau. Veruntamen cum uſus lingvę Syræ illud non adprobet, & in N. T. Syro apud Marcum habeatur ܐܶܬܦܬܰܚ, quoad Grammaticā non malè; ſed ad ſcripturam Græcam perperam; fieri potuit vt ſcriptum fuerit Græcè primò ἐθφθὰ & hinc poſtea factum ἐφφαθὰ I. Druſius ib. pag. 62. Plura de hujus vocis expoſitione & ſcriptura vide ejuſdem I. Druſ. præteritorum lib. 2. p. 68. Angelum Caninum de Locis Scripturæ, cap. 10.

Futurum II.

| F. | Sing. | M. | | |
|---|---|---|---|---|
| תִּתְכְּתִב | ܬܶܬܟܬܶܒ | יִתְכְּתִב | ܢܶܬܟܬܶܒ | 3. |
| תִּתְכַּתְבִין | ܬܶܬܟܰܬܒܺܝܢ | תִּתְכְּתִב | ܬܶܬܟܬܶܒ | 2. |
| | | אֶתְכְּתִב | ܐܶܬܟܬܶܒ | 1. |
| | Plural. | | | |
| יִתְכַּתְבָן | ܢܶܬܟܰܬܒܳܢ | יִתְכַּתְבוּן | ܢܶܬܟܰܬܒܽܘܢ | 3. |
| תִּתְכַּתְבָן | ܬܶܬܟܰܬܒܳܢ | תִּתְכַּתְבוּן | ܬܶܬܟܰܬܒܽܘܢ | 2. |
| | | נִתְכְּתִב | ܢܶܬܟܬܶܒ | 1. |

Litteræ formativæ futuri ſecundi, primam forma-

tivam formæ hujus paſſivæ deglutiunt, ejuſque vocalem ſibi appropriant, excepta prima Chaldaica quæ habet Segol;ut: ܬܬܕܠܚܘܢ turbabimini, pet. 3. 14. יִתְקַטְלוּן occidentur, Hez. 2. 22. תִּתְעַבְדוּן fietis, ib. v. 5.

Terminatio in vocalem ſecundam Syrè: Chaldæè in Tſeri etiam hîc eſſe poteſt, vt ܢܙܕܩܦ crucifigetur, Luc. 24. 7. יִתְכְּנֵישׁ congregatur, Exod. 9. 19. יִתְעֲבֵד fiet, Dan. 3. 29. יִתְיְהֵב detur. c. 4. 13. תִּתְקָרֵב adpropinques. Pſa. 119. 169. תִּתְחַלַּט commiſcearis, pro. 20. 19. וְאֶתְפְּרֵק & ſalvus ero, Pſal. 119. 117. Quædam etiam in Chiric, יִתְנְזִיר ſuſcitatur, Iob. 18. 14. תִּשְׁתְּבִק dimittetur, Dan. 2. 44. תִּתְיְהִב dabitur, Hez. 6. 4. Iobi, 16. 5. eſt, יִתְמְנַע prohibebitur, patach ob ע.

Tranſpoſitio & tranſmutatio cum Syncope Chaldæa, hîc ut in reliquis.

Inchoata Olaph, ܐܬܐܠܨ pl. ܐܬܐܠܨܘ ſic ܬܬܐܠܨܘܢ affligetis vos L. 6. 2. יִתְאֲכִיל in On. יִתְאֲכַל in H. comedetur, Lev. 7. 8. Inchoata jud, ܢܬܬܘܣܦ addetur, Mat. 25. v. 29. ܐܬܝܕܥ cognoſcam, Phil. 3. 10. תִּתּוֹתַב habitaberis, Ieſa. 50. 13.

A ܡܟ fut. 2. ſing. fem. ܬܬܡܟܟܝܢ deprimeris, Matt. 11. 23. Luc. 10. 15. תִּתַּחַת dejicieris Ieſ. 14. 16. תִּתְפַּק comburetur, Leuit. 6. 22.

Infinitum.

ܡܬܟܬܒܘ . ܘ . אִתְכְּתָבָא

Hic א ut

Hic א ut & ה apud Daniel. & Hez. paragogicum eſt, לְאִתְעֲבָרָא ad faciendum, Eſth. 6. 6. לְהִתְקְטָלָה ad interficiendum, Dan. 2. 13. Duo tamen verba illo deſtituuntur לְאִתְפְּרַע Hoſ. 5. 13. אִתְכְּפַר Eſth. 1. expiari.

Terminatio וּת vel ו per Apocopen תּוּ, etiam hîc eſt, אִתְבְּנָעוּת vel אִתְבְּנָעוּ vel אִתְבְּנָעָא Ier. 3. 3 c. 8. 12. ignominia affici. Mem etiam à fronte Chaldæo Infinito, more Syro aliquando additur; לְמִתְנְכְּבָא ad mactandum, Pſal. 118.

Talmud. אִסְתַּכּוּלֵי, לְאִסְתַּכּוּלֵי ad conſiderandum. Ab אכל fit אִתְאַכָלָא in Onkel. יִתְאַכְלָא in Ionat. comedendo, Levi. 7. 8. à יתב eſt לְאִיתוֹתָבָא ad peregrinandum, Gen. 47. 7.

### Participium præſens.

Sing.

ܡܬܟܬܒ מִתְכְּתֵב ܡܬܟܬܒܐ מִתְכַּתְבָא

Plur.

ܡܬܟܬܒܝܢ מִתְכַּתְבִין ܡܬܟܬܒܢ מִתְכַּתְבָן

Sic מִתְיְהֲבָא data, Hez. 6. 8. דְּמִתְבַּשְּׁרִין qui præparantur, Cant. 1. 15. מִתְכַּנְשִׁין Congregantes ſeſe, Dan. 7. 3. Fines reliqui. ܡܬܪܓܙ iraſcitur, ܡܬܢܩܫ pulſatur. 1. Corint. 14. 7. ܡܬܛܦܝܣ adquieſcit, Iohan. 3. 36. ܡܬܛܦܝܣܝܢ obediẽtes, Luc. 1. Actor. 8. 8. ܡܬܥܝܩ tumultuatur 1. cor. 13. 4. ܡܬܚܦܐ, Mat. 14. 24. מִתְיְהֵב datur, Hez. 4. 20. מִתְעֲבַד־בַּהּ fiet in ea, ibid. v. 19. מִתְיַהֲבִין

vir, Matt. 1. 26. Ex Olaph, ܐܶܡܪܳܐ ovis, à balatu frequenti ſic dicta, Matt. 7. 15. ܐܶܣܳܪܳܐ cingulum, Matt. 3. 4. Ex jud, ܝܰܒܺܫܬܳܐ ξηρά, ſiccum, aridum, de terra, Matt. 23. 15. Ex Nun, ܢܓܕܳܐ flagellum Acto. 16. 33. ܢܰܚܬܳܐ toga ad talos uſque deſcendens, Matt. 9. 16. Sunt Maſculina, in plurali vocalem quartam in ſecundam mutantes; ܓܰܒܪ̈ܶܐ viri, Act. 1. 10. ܐܶܡܪ̈ܶܐ oves, ܐܶܣܳܪ̈ܶܐ cingula, ܢܰܚܬ̈ܶܐ & ܢܰܚܬ̈ܰܝܗܘܢ veſtimenta, Matt. 9. 16. c. 17. 2. ܢܓܕ̈ܶܐ flagella, Heb. 11. 36.

Chaldaica, סָהֲדָא teſtis, כְּתָבָא ſcriptura, בִּשְׂרָא caro, מַלְכָּא rex. Ex א, אֲבִלָא lugens, Pſal. 35. 14. אֲבֵדָא res amiſſa. Ex י, יוּבַל buccinatio, יַבֵּשׁ aridum, יְגַר cumulus, יְלָדָא partus. Ex נ, נְגַר graculus, נְדַר votum &c.

A pehil. Eorum quędam ſunt Adjectiva, vt: ܙܥܽܘܪܳܐ parvus, Ma. 2. 6. ܚܠܺܝܡ ſanus, Mat. 9. 12. ܣܢܺܝܩܳܐ indigens. Rit. p. 10. l. 8. ܣܪܺܝܩ inanis, Luc. 20. 10. ܟܣܺܝ opertus, Matt. 16. 5. ܥܫܺܝܢܳܐ fortis, pl. ܥܫܺܝܢ̈ܶܐ δυνάσται, Luc. 1. 52. ܝܰܩܺܝܪܳܐ gravis, 1. Ioh. 5. 3. Horum feminea formantur addito ܬܳܐ; ܙܥܽܘܪܬܳܐ parvæ, ܟܬܺܝܒܳܬܳܐ ſcripta, Luc. 10. 24. Quædam Subſtantiva, quæ ferè exeunt in ܘܬܳܐ, ut: ܙܥܽܘܪܽܘܬܳܐ parvitas, 1. cor. 11. 17. ܒܺܝܫܽܘܬܳܐ nequitia, Rom. 1. 29. ܚܠܺܝܡܽܘܬܳܐ ſanitas; Act. 3. 16. ܣܪܺܝܩܽܘܬܳܐ inanitas, Act. 4. 25. ܣܢܺܝܩܽܘܬܳܐ indigen-

tia, Rom. 12. 13. Omnia hæc ſunt feminea, & in plurali duobus punctulis notantur, quibus à ſingulari diſcernuntur; licet raro in multitudinis numero uſurpentur. Eadem aliquando ſyllabam ܬܐ, finalem amittunt, ut capite VII. ſuperiùs monitum fuit.

Chaldaica, פְּקִיד, פְּקִידָא præfectus, קְרִיב קְרִיבָא propinquus, צְנִיעַ צְנִיעָא humilis, בְּרִיךְ בְּרִיכָא benedictus, חֲמִיר, חֲמִירָא fermentum, הֵיכַל הֵיכְלָא templum: Ex א, אֲגִיר אֲגִירָא mercede conductus, Exod. 22. 14. אָכִיל comestus, אֲנִיס אֲנִיסָא, coactus. Ex י, יְחִיד unicus נ, נְקִיב perforatus, נְחִיר naſus, Iob. 40. 4. Atque hæc pura.

Emunatica ſeu Heemantica formantur, accedentibus litteris Emunaticis; Syrè vel ad initium, vel ad medium; vel ad initium & finem, aut medium & finem ſimul.

Mim & Tau ad initium, vt: ܡܓܕܠܐ turris, Matt. 21. 33. ܡܕܒܚܐ ὁ θυσιαστήριον, ara, Matt. 5. 23. ܡܕܡܟܐ κοίμησις dormitio, Ioh. 11. 13. ܡܕܒܪܐ deſertum, Matt. 4. 1. ܬܫܡܫܬܐ officium, Luc. 1. 5. Ex Nun, ܡܣܒ acceptio, Rom. 2. 11. ܡܦܩ defenſio, Rom. 1. 20. ܡܦܩܬܐ exitus, Hebr. 11. 22. It. Tralatio de unâ linguâ in aliam. ܡܦܩ quod cum ܪܘܚܐ ſemper conſtruitur, & eſt, quaſi productio ſpiritus, ſignificans ἀπολογίαν defenſionem, Actor, 22. 1. Rom. 1. 20. c. 2. 1. ܡܘܗܒܬܐ datum, donum, Philip. 4. 15. Ex jud; ܡܕܥܐ cognitio, Luc. 1. 77.

ܡܘܬܒܐ cathedra, Luc. 11. 43. ܬܘܬܒܐ incola, Act. 7. 6.
ܬܘܬܪܐ abundantia, Marc. 8. 8. Quæ inter hæc habent ܬܐ ſunt feminea, reliqua Maſculina. In mediũ Vau, & vel inter ſyllabam primam aut ſecundam. Inter primã ܒܘܣܡܐ ſuavitas, Rit. p. 9. l. 12. ܣܘܠܩܐ *ἀνάληψις* adſumptio Luc. 9. 51. ܕܘܪܫܐ exercitatio, 1. Timoth. 4. 8. ܣܘܚܦܐ *καθαίρεσις* deſtructio, 2. Tim. 2. 14. ܣܘܟܠܐ intellectus, Rom. 1. 20. Pleraque maſculina ſunt & pluralem faciunt in ܐ̈, ut: ܕܘܪ̈ܫܐ exercitationes, &c. Inter ſecundam; ܥܒܘܪܐ proventus, Luc. 12. verſiculo 18. ܥܡܘܕ̈ܐ *στύλοι*, columnæ, 1. Timoth. 3. verſiculo 15. ܣܓܘܕ̈ܐ *προσκυνηταὶ* adoratores, Ioh. 4. 23. ܦܪܘܩܐ redemptor, Luc. 2. 11. Omnia hæc ſunt Maſculina & reſpondent verbalibus latinis in Tor finientibus. Ad initium & finem ſimul: Mim ad initium & nun ad finem; ܡܣܒܪܢܐ Evangeliſta, Act. 21. 8. Ad finem & medium ſimul: Nun ad finem & vau ad medium, ܦܘܪܩܢܐ redemptio, Matt. 20. 28. ܦܘܩܕܢܐ præceptum, Matt. 15. 3. ܥܘܕܪܢܐ utilitas, 1. cor. 7. 35. ܕܘܟܪܢܐ memoria, Matt. 26. 13. Omnia ſunt Maſculina & pluralem in ܐ̈ formant; ſepiſſime tamen Olaph in hac forma omittitur ſignificatu eodem manente.

Heemanticæ formæ Chaldæorum ſequuntur. אצבע אצבעא digitus, תרבנא gubernator; מצלם proſl-

per, טְנַעַל abominatio, מַקְדַשׁ, מַקְדְשָׁא ſanctuarium, מֵיכַל vel מַאכַל cibus, מֵינַס violentia, מְאֵרְא maledictio, מוֹתְבָא מֵינַקָא מֵינִקְתָא nutrix, Gen. 35. מַקַף ambitus, מוֹתַב, ſedes, מַדַע מַדְעָא ſcientia, מַתַּךְ fuſus, מַתַּן donum. תַּכְשִׁיל נִדְבָּךְ נִדְבְּכָא contignatio, נִבְרְשָׁא candelabrum, pulmentum, תּוֹתַב hoſpes. מְרַחֲמָנָא מְרַחֲמַן miſericors, מַרְגְזַן מַרְגְזָנָא furioſus. מַחְתַּן deſcenſus, נַחֲרַן naſus, בִּרְקַן lapis pretioſus, פֻּקְדַן פֻּקְדָנָא depoſitum. אֻלְפַן אֻלְפָנָא doctrina, אַבְדַן אַבְדָנָא amiſſio, Prov. 15. 11. יְחִידִי ſolus, נֻכְרִי nothus, בְּכֵרוּת בְּכֵרוּתָא primogenitura, Deut. 21. 17. אֱנִיסוּת. מַלְכוּת מַלְכוּתָא regnum, סַהֲדוּ סַהֲדוּתָא teſtimonium. violentia. יְקָדוּת uſtio, נְחָתוּת & מַחְתִּית deſcenſus, מַכְרְזָנוּת מַכְרְזָנוּתָא prædicatio: & alia innumera.

## CAPVT DVODECIMVM DE SECVNDO GENERE FORMÆ Levis

### APHEL.

ALTERVM genus formæ Levis ſequitur, factum è ſuperiori, prępoſito ܐ א, Syrè cum vocali prima, Chaldæè patach. Apud Danielem tamen & Hezram etiam hic ה Hebraico more, vt diximus Capite decimo ſupra, de paſſivâ primâ, invenitur. Atque in hac forma Gemina fermè actio ſignificatur, vt: ܐܰܟܬܶܒ אַכְתִּיב fecit ſcribere.

### FORMA ACTIVA APHEL.

Præteri-

Præteritum

| F | | Singul. | | M | |
|---|---|---|---|---|---|
| אִכְתְּבַת | ܐܬܟܬܒܬ | ܐܬܟܬܒ | אִכְתְּב | ܐܬܟܬܒ | 3. |
| אִכְתְּבְתְּ | ܐܬܟܬܒܬܝ | ܐܬܟܬܒܬ | אִכְתְּבְתְּ | ܐܬܟܬܒܬ | 2. |
| | | | אִכְתְּבֵת | ܐܬܟܬܒܬ | 1. |

Plural.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| אִכְתְּבָא | ܐܬܟܬܒ̈ | ܐܬܟܬܒܘ | אִכְתְּבוּ | ܐܬܟܬܒܘ | 3. |
| אִכְתְּבְתֵּן | ܐܬܟܬܒܬܝܢ | ܐܬܟܬܒܬܘܢ | אִכְתְּבְתּוּן | ܐܬܟܬܒܬܘܢ | 2. |
| | | | אִכְתְּבְנָא | ܐܬܟܬܒܢ. ܢ | 1. |

Sic; ܐܬܚܪܡܘ devoverunt, Act.23.12. ܐܬܚܫܟܘ obſcurarunt, Ioh.12.40. אִלְבַּשׁ indutus eſt, Eſth.6.11. Pſ.93.1. חִתְקְנַת confirmata eſt, Dan. 4.33. אִבְאֶשְׁתָּא malefeciſti, Exo.5.22. הַלְבִּישׁוּ induerunt, Dant.5.27. הַכְרִזוּ prędicaverunt, ibidem. הַשְׁכַּחְנָא inveniamus, Dan 6.5.

Pro tſeri, chiric quoque indifferenter poni poteſt, per totam flexionem. Si ultima fuerit gutturis aut Riſch, exit Syris in primam, Chaldæis in patach, quod ubique retinetur; vt ܐܫܟܚ potuit, Matt. 22.46. (hoc verbum ſub Olaph formativa, habet vocalem ſecundam, quod ipſi hîc proprium.) ܐܫܟܚܢ potuimus, Matt. 17.19. ܐܫܟܚܘ potuerunt, ibid. 16. ܐܫܟܚܬܘܢ potuiſtis. c.26.40. ܐܬܦܪܣ expoſuit ſe, Heb.12.2. ܐܬܕܟܪ commemoravit, Luc.10.37. ܐܬܡܪܚ auſus eſt, Matt.22. 46. אַצְמַח, vegetavit, אַצְמַחַת, אַצְמַחַת, אַקְטַר ſufficit, אַקְטַ־ת. Sic הַצְלַח proſpere egit, Dan.6.30. הַשְׁכַּחַת, Dan.2.

26. אַשְׁכְּחֵת Eſth.7.3. inveni. אַשְׁכַּחוּ invenerunt, Pſal.107. v.4.

Secunda Maſculina Chaldæè etiam ſic formatur, אַכְתִּבֵת & in Targum אַכְתִּיבְתָּא, in quo etiam prima in ת exit; אַשְׁמְעִית audire feci, Ieſai.43.12. אַסְתִּינִית exſpectavi, Pſal.102.5. Et ſic etiam in tertia Feminea eſt chiric pro detractione çeva: אַתְקְנַת, quæ ſine punctis vocalibus etiam cum jod ſcripta invenitur, אתקינת. Si verò litera ה eſt, erunt duo ſegol, אַסְדְּרֶת ordinavit, prov. 9.1.

Incipientia ab Aleph: Syri illud in Vau, quod præcedente vocali prima, diphthongizāt; Chaldæi in Vau cum cholem mutant; vt: ܐܘܟܠ. ܐܘܟܠܬ. ܐܘܟܠܬ. ܐܘܟܠܬ̈; ܐܘܟܠܘ. אוֹכֵל cibavit, אוֹכַלְתָּא, אוֹכְלִית & אוֹכְלִית &c. Deut.32.13. ex forma Syra in Targ. Hieroſol. legitur אַיְכַל, ubi in Ionathane אַיְכַל eſt. ܐܘܒܕ Matt.22.7. אוֹבֵד vel הוֹבֵד in Daniele & אֹבֵד. perire fecit, & cum patach Pſal.142.5. הוּבַד vbi per ſignificationem primæ Levis, vt & alibi exponitur, periit. Vnicum verbum ܐܝܡܢ אֵמַן in vtraque lingua, radicis primam in jud convertit, quod Syrè cum vocali prima diphthongo Ai effertur, Chaldæè in tſeri quieſcit. Characteriſtica vero Aleph huius formæ, in He quod in reliquis temporibus manet, cōmutatur, vt ܗܝܡܢ הֵימַן credidit, Exod.4.31. Dan.6.23. ܗܝܡܢܬ credidiſti, Ioh. 20.29. ܗܝܡܢܘ ibid. הֵימִינוּ Exod.14. ver. ultim. crediderunt,

ܗܝܡܢܬܘܢ crediḋiſtis, Ioh.5.46. ܗܝܡܢܬ credidit mulier, Luc.1.45. In verbis à jud incipientibus, Syri illud in Vau mutant, pręcedēte vocali prima; vt ܐܘܬܒ collocavit, act. 13. 17. ܐܘܠܕ genuit, Matt. 1. Excipe ܝܢܩ, quod jud ſuum cum vocali prima prolatum retinet, vt: ܐܝܢܩ lactavit, ܐܝܢܩܘ lactaverunt, Luc. 23. 29. ſic chal, אֵיְנִיק Deut.32.13. in Targ. Hieroſolym. ܝܠܦ & ܝܣܦ jud ſuum prorſus abjiciunt; ut ܐܠܦ docuit, Ioh.8.28. ܐܠܦܘ docuerunt, Matt.28. 15.20. ܐܘܣܦ incepit, act. 1. Chaldæi nunc in Vau cum cholē cōmutant, nūc omninò retinent, quieſcente in tſeri; vt; אוֹתֵב, אוֹתִב & הוֹתֵב Hez. 4.10. fecit habitare, אוֹתִיבִית & אוֹתֵבִית vel אוֹתְבִית, אוֹתֵבְתְּ & אוֹתֲבִתְּ, patach enim, tſeri atque chiric in medio adhibentur. אוֹשִׁיט extendit Exod. 4.4. אוֹרִבֵת ſperavi, Pſal. 119.114. אוֹסִפַת addidit muli. Gen.4.2. הוֹדַע notum fecit, Dan. 2. 15. 28. אוֹדְעֵית indicavi, Exod.6.3. הוֹדְעִנָא Hez. 14. 16. הוֹלִיד genuit, Gen. 5. per totum caput. אֵיטֵיב & אוֹטֵיב Gen.12.16. benefecit, הֵיבֵל abduxit, Hezr. c. 5.14. Cap. 6.5.

A יקף quod non in vſu, fit אַקִּיף circumdedit, quod imitatur illa quorum prima num eſt.

Verba Nun; illud abjiciunt, ejuſque defectum per daghes indicant, vt: ܐܦܩ eduxit, Marc.1. 43. ܐܦܩܬ Iacob.2.25. ܐܚܬ depoſuit, Luc.23.53. ܐܣܩ aſcendere fecit, Heb.13.20. Iacob.1.21. ܐܓܥܠܬ cōmendavi, Pſ.31. אַפֵּק vel אַפִּיק & ſine jod אַפֵּק eduxit. In Daniele tamen

& Hezra illud exprimitur הַנְפֵּק, Dan. 5. 2. Hez. 5. 14. הַנְפִּקוּ exierunt, Dan. 5. v. 3. Quod etiã fit in Syro ܐܢܗܪ illuminavit, act. 16. 29. ܐܢܗܪܬ illuxit, videlicet gloria. Fem. Luc. 2. 9. Ab נְחַת deſcendit, fit אַחַת vel חַחַת depoſuit, & Ieſa. 43. 14. אֲחָתִית deſcendere feci, perſ. 1. flexa more Targumico, ſic אַחִיתוּ depoſuerunt. Thren. 2. 10. אַחְתְנָא, in Onkel, אַחִיתְנָא in Iona. Gen. 43. 21. cũ Kamez ob daghes excluſum. Prima perſona quoque, cum tſeri in mediâ, & chiric in ultimâ ſyllabâ, apud Targumiſtas notatur, vt; אַפֵּקִית eduxiſti, Ierem. 11. 4. Exod. 12. 17. Et tertia feminea ſingularis אַפֵּקַת produxit, Ruth. 2. 17. Tertia pluralis, אַפִּיקוּ & הַנְפְּקוּ eduxerunt. Dan. 5. 3. הַסִּיקוּ aſcendere fecerunt, Dan. 3. 22.

Futurum Primum.

| F. | | Singul. | | M. |
|---|---|---|---|---|
| אַכְתִּבִי | ܐܟܬܒܝ | | אַכְתֵּב | ܐܟܬܒ |

Plural.

| | | | |
|---|---|---|---|
| אַכְתֵּבְנָא | ܐܟܬܒܝܢ | אַכְתִּבוּ | ܐܟܬܒܘ |

Et in chiric אַכְתִּיב, Sic ܐܘܟܠ אוֹכֵל ciba, ܗܝܡܢ crede, Matt. 5. 36. ܐܘܣܦ adde, Luc. 17. 5. ܐܘܒܠ ducito, actor. 23. 17. ܐܠܦ doce, pſal. 142. אוֹשֵׁט extende, Exo. 4. 4. אוֹתֵב colloca, Gen. 47. 6. הוֹרַע ſcire fac, cum patach ob gutturis litteram, Ezech. 43. 11. אֵילִילוּ ejulate, Ioel. 1. 5.

Ex Nun.

Ex Nun. ܐܰܦܶܩ אַפֵּק educ, אַפִּקוּ in Targum אַפִּיקוּ educite: Gen.45.1. אַפִּיקִי educ mul. Ioſu. 2.3. אַחֵת fac deſcendere, Hez.5.15. אַחִתוּ dejicite. Dan.4.11. patach ob Reſch.

Futurum II.

| F | | Singul. | M | | |
|---|---|---|---|---|---|
| תִכְתֻּב | ܬܶܟܬܽܘܒ | | יִכְתֻּב | ܢܶܟܬܽܘܒ | 3. |
| תִכְתְּבִין | ܬܶܟܬܒܺܝܢ | | תִכְתֻּב | ܬܶܟܬܽܘܒ | 2. |
| | | | אֶכְתֻּב | ܐܶܟܬܽܘܒ | 1. |
| | | Plural. | | | |
| יִכְתְּבָן | ܢܶܟܬܒܳܢ | | יִכְתְּבוּן | ܢܶܟܬܒܽܘܢ | 3. |
| תִכְתְּבָן | ܬܶܟܬܒܳܢ | | תִכְתְּבוּן | ܬܶܟܬܒܽܘܢ | 2. |
| | | | נִכְתֻּב | ܢܶܟܬܽܘܒ | 1. |

Sic, ܢܶܟܪܽܘܙ prædicabit, Matt.12.18. Verbum ܐܶܫܟܰܚ & hic ſuam vocalem primam retinet; ܢܶܫܟܚܺܝܘܗܝ invenerit eũ, Matt.18.13. Ro.5.21. legitur ܬܶܡܠܽܘܟ ܛܰܝܒܽܘܬܳܐ regnabit gratia, vbi 3. Fem. ſine jud, more Chaldæo. יִכְתֻּב & יִכְתֻּב. Sic, תַחְמִיד concupiſces, Exod.20.17. תְסָהֵד teſtificaberis, ibi. v.16. אִיבָרֵךְ benedicam, Hag. 2.19. יְחַלְּפוּן mutent, Dan.4.13. תַשְׁכַּח invenies, prov.2.5. אַשְׁכַּח inveniam, Iobi.17.10. cum patach, ob gutturis litteram. Et cum ה characteriſtico, יְהַשְׁפִּיל deprimet, Dan.7.24.

c.2.6.תְּהַשְׁכַּח,Hez.4.15.נְהַשְׁכַּח inveniemus,Dan.6.5. Verba Aleph & jod. ܢܘܒܕ perdet,Mar.10.28. ܢܗܝܡܢ credet,c.27.43. ܢܘܩܕ comburet, Luc.3.17. ܢܠܦ docebit &c. יוכל comedet, יוחד uniet, Iob.17.9. יוסיף addet ib. תוסיף addes. c.20.9. יְהֵמְנוּן in Onkel. יְהֵימְנוּן in Ion. in Venet. & in Regiis. יְהֵמְנוּן & יְהֵ credent, Exo.4.v.1. & 5. תוטיב benefacies, Gen.4.2. יוטיב benefaciet, Gen.12.13. יורכון prolongetur, Exodi 20.12. Et cum ה characteriſtico יְהוֹדַע notum faciet, Dan.2.25. יְהוֹדְעוּן notum facient, Dan.2.30. יְהוֹבַד peribit, Iob.20.7. תְּהוֹבֵד perdas, Dan.2.24. יְהוֹבְדוּן perdent, ib.v.18. Sic aliquando in Targum י pro characteriſtica ה ponitur; תְּיוֹסֵף addas, prov.30.6.

Verba Nun. ܢܦܩ proferet, Matt.12.20. ܢܩܪܒ offeramus, Heb.13.15. A ܢܗܪ fit ܐܢܗܪ Eph.3.9. lucere faciam, יַנְהַר ſplendebit, Iob.25.5. אַפֵּק vel אַפִּיק educam, יַפֵּיק educet, Pſal.107.28. תְּהַנְפֵּיק proferes, Iob.15.13. תְּהַנְזֵק damnum attuleris, Hez.4.13. A ܢܫܒܩ legitur Act.23.20. ܐܫܒܩ pro ܬܫܒܩ dimittas, cum Olaph conujgationis nota. תְּחֵת repones Hez.6.5. תַּחֲתוּן deſcendere facietis, Gen.42.38.

Infinitum.

ܡܟܬܒܘ . ܘ אַכְתָּבָא

Sic ܠܡܬܡܪܚܘ audere, 2.Tim.2.12. לְאַסְעָרָא ad ſtabilien-

bilien-

biliendum,Ieſa.26.21. Pro utroque א apud Danielem & Hezram ה reperies, לְהַשְׁפָּלָה ad humiliandum, Dan. 4.34. Atque ita ſepè formam nominis feminei contracti ת_ habet; ut Hez. 4, 22. לְהַנְזָקַת מַלְכִין ad nocendum regibus. Talmudici etiam hîc antiquum ſuum retinēt: אַשְׁכּחֵי obliviſci facere אַגְמוּרֵי finire, אַמְקוּנֵי corrigere, אַכְרוּזֵי proclamare, לְאַכְתּוּבֵי ad ſcribere faciendum.

In Targum Hieroſoly. præfigitur etiam מ more Syro, לְמַשְׁמָעָא ad divulgandum, לְמַבְרְכָא quod alibi לְבָרְכָא ad genu flectendum.

Verba Aleph & jod ܠܡܘܒܕܘ ad perdendum, Luc.9.56. ܡܗܝܡܢܘ credere, Luc. 24. 25. Iob. 5. 44. ܡܘܣܦܘ addere, Mat.6.27. אוֹכָלָא comedere, לְאוֹשָׁטָא extendere, Eſth. 6. 2. לְאֵיטָבָא ad beneficiendum, Ierem.10. 5. Et cum ה Dan. 2.12. לְהוֹבָדָה, v. 24. & c.7.26. לְהוֹבָדָא ad perdendũ, לְהוֹדָעָה ad indicandum, Dan.5.8. לְהֵיבָלָה ad deferendum, Hez.7.15.

Verba nun. ܠܡܦܩܘ ad ejiciendum Matth. 3. 23. ܠܡܩܪܒܘ ad offerendũ, pet. 2. 5. perfectè ܠܡܢܗܪܘ ad lucendum, Luc.1. 79. אַפָּקָא & cum ה, לְהַצָּלָה eripere, Dan. 3. 9. Perfectè, לְהַנְסָקָה educendum, Dan. 6. 24. לְהַנְעָלָה ad introducendum. Eſth.6.v.4. לְהַנְהָרָא ad illuminandum, Gen.1.15. Talmud. לְאַפּוֹקֵי.

Participium Præſens.

| F | Singul. | | M |
|---|---|---|---|
| מַכְתְּבָא | ܡܟܬܒܐ | מַכְתֵּב | ܡܟܬܒ |

Plural.

ܡܟܬܒܝܢ מְכַתְּבִין ܡܟܬܒܢ מְכַתְּבָן

Littera formativa conjug. Olaph excluditur, variatque in fine hîc ut in prima; vt ܡܡܪܚܢ audens, Ioh.21.21. ܡܫܟܚ qui poteſt, Matt.v. ܡܫܟܚܐ Fem. Matt.24.24. ܡܫܟܚܝܢ, c.9.15. vbi vocalis ſecunda, ut ſupra de hoc verbo monitum, pro prima, in principio. מַסְעַר viſitans Exod.20.5. מַשְׁפִּל humilians Dan.5.19. וּמַחְמַת qui provocat, prov.20.2. וּמַסְהִיד & teſtificans, Iob.16.19. מַשְׁכַּח inveniens pro.20.6. Exprimitur interdum ה conjugationis, מְהַחְצְפָה Dan.2.15, quod & מַחְצְפָה c.3.22 ſcribitur, feſtinans. Forma cõſtructa מְהַנְזְקַת nocens, Hez.4.15.c.6.10. מְהַקְרְבִין offerentes, Hez.6.10.

Verba Aleph & jod. ܡܘܚܪ χρονίζων, βραδὺς, differens, tardus, Iac.1.19. ܡܗܝܡܢ credens, Ioh.1.50.c.2.25. ܡܗܝܡܢܝܢ Matt.9.28.c.18.6. מוֹבֵר perdens, prov. 15.27. ܡܘܒܠ plu. ܡܘܒܠܝܢ deducentes, Luc.23.26. ܡܘܕܥ notificans, Matt. 26.73. à ܝܠܦ eſt ܡܠܦ docens, Matt.9.35. à ܝܢܩ eſt ܡܝܢܩܢ lactantes, Mar. 13.17. מוֹסֵף & מוֹסִיף colligens, prov.11.24. Et cum ה conjungationis מְהוֹדַע notificans, Pſal.55.14. מְהוֹדְעִין notum facientes, Dani.4.4. Hez.4.16. à יקף eſt מַקֵּף cinget. Levit. 25.31.

Verba Nun, illud & hîc abjiciunt; vnde ܡܦܩ ejiciens

ciens, Matt. 9. 31. ܡܦܩ extrahens, Luc.14.5. ܡܫܒܩ dimittens, Act.14.17. מַחִית in Onkel. מַחִית Iona. Exo.16. 4. deſcendere faciens, cum . ad compenſationem daghes. מַצִּיל eripiēs. Dan.6.27. A ܢܗܪ eſt ܡܢܗܪ illuminans, Matt.5.15. ܡܢܗܪܐ fem. Ioh.1.5. & 9. ܡܢܗܪܝܢ accendentes, Matt.5.15.

### Participium Præteritum.

| F. | Singul. | M. |
|---|---|---|
| מַכְתְּבָא ܡܟܬܒܐ | | מַכְתַּב ܡܟܬܒ |

Plural.

| | | |
|---|---|---|
| מַכְתְּבָן ܡܟܬܒܢ | | מַכְתְּבִין . ܡܟܬܒܝܢ |

Apud Syros in raro uſu. Luc. 4. 6. ܕܠܝ ܡܫܠܡܐ quia mihi tradita eſt, ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται. Sic Hoſ.13.8. מַתְכַּל דּוֹב urſus orbatus; מַתְקַן Mich.4. מַתְקַן Pſ.93.2. præparatus. מַצְלַח proſperatut, Hez. 5. 8. In reliquis vocibus tantùm ſenſu à participio præſenti diſtingvendum eſt.

Ex Aleph, jod & Nun; ܡܠܦܐ edocta προβιβασθεῖσα, præmonita, Mat.14.8. מוּכַל &c. Sic מְהֵימַן fidelis, Dan. 2.45. à נקף eſt מַקְּפָא cincta, Lev.25.29. מַקְּפָן cinctæ, Deut. 3.5.

## FORMA PASSIVA HOPHAL.

Syris & Paraphraſtibus Chaldæis, hoc paſſivum eſt

incognitum, pauciſſimáque apud Danielem ac Hezram exempla reperiuntur. Ab initio formam Hebraicam Hophal, mutato ה in א, vel illo etjam ſervato, in fine formam Chaldaicam imitantur. Inveniuntur autem ex perfectis duo, הָתְקְנַת aptatus ſeu confirmatus fuit, Dan. 4.33. הָחָרְבַת devaſtata eſt, Hez. 4.15.

Ex Aleph, הובר ablatum eſt, Dan. 7. 15. quod & ſic Pſal. 142. v. 5. reperitur. Et Pſal. 1. v. vl. legitur תְּהובַר auferetur. Ex jod הוּסְפַת addita eſt, Dan. 4.33. Ex Nun, הָנְחַת depoſitus eſt, Dan. 5.20. הַסַּק eductus eſt, cum defectu Nun. C. 6.23.

## CAPVT DECIMVM TERTIVM DE VERBALIBVS SECVNDÆ Conjugationis Levis.

ܡܗܝܡܢܐ fidelis, Matt. 17. 17. ܗܝܡܢܘܬܐ πίστις fides, Matt. 6. 30. ܐܘܡܢܘܬܐ ars, Act. 17.29. ܡܨܥܪܢܘܬܐ injuria, Rit. 17. l. 5. ܡܦܣ permiſſio, Act. 2. verſicu. 29. ܡܦܣܢܘܬܐ licentia, c. 26. 12. ܡܦܩܢܐ exitus, Luc. 9.31. ܐܝܩܪܐ honor, Rom. 2.7. מַעְבְּדָנָא operator, מַעְבְּדָנוּתָא operatio, אַרְגְּזָנָא irritator, אַחְסָנָא hæreditas, אִיקָּרָא gloria, חֶפְרֵשׁ differentia, אוֹטָבוּת bonitas, Gen. 47. 6. אוֹנָחַת objurgatio; אַפָּקוּת egeſtio. הֵימָנוּתָא fides, תוֹתָבָא incola, מוֹתְבָא ſedes, מוֹהַבְתָּא donum, מַדְּעָא ſcientia, מֵישְׁרָא planities, מוֹהֲבִיתָא donum. אוֹשָׁטוּתָא porrectio &c.

CAPVT

# CAPVT DECIMVM QVARTVM DE PRIMO GENERE FORMÆ Gravis.

FORMA gravis eſt quę habet Syrè Kuſchoi, Chaldææ daghes perpetuum. Licet verò Syri ſuum Kuſchoi non ſemper curant adſcribendo, tamen lectio ſemper duriuſcula retinenda eſt, ac ſi adſcriptum eſſet. Prima radicis per omnes operationes, primam habet vocalem, per quam etiam Syrè agnoſcitur; Chaldææ patach, ſequẽte daghes forti; quod tamen & hîc frequenter excidit, præſertim ſub çeva Euphoniæ cauſſa. Significatio hîc vt apud Hebræos; licet multa quoque neutra hîc reperiantur. Verba Aleph, jod, & Nun, analoga ſunt.

## FORMA ACTIVA PÅHEL.

### Præteritum.

| F |  | Singul. |  | M | |
|---|---|---|---|---|---|
| כַּתְּבַת | ܟܰܬܒܰܬ | | כַּתֵּב | ܟܰܬܶܒ | 3. |
| כַּתְּבַתְּ | ܟܰܬܒܬܝ | | כַּתְּבַתְּ | ܟܰܬܒܬ | 2. |
| | | | כַּתְּבֵת | ܟܰܬܒܶܬ | 1. |
| | | Plura. | | | |
| כַּתְּבָא | ܟܰܬܶܒ̈ | | כַּתְּבוּ | ܟܰܬܶܒܘ | 3. |
| כַּתֵּבְתֵּין | ܟܰܬܶܒ̈ܬܶܝܢ | | כַּתֵּבְתוּן | ܟܰܬܶܒܬܘܢ | 2. |
| | | | כַּתֵּבְנָא | ܟܰܬܶܒܢ | 1. |

Sic; ܗܰܠܶܟ݂ הַלֵּךְ incedere fecit, Matt. 14. 29. ܡܫܰܠܚܘ ſpoliarunt, Act. 19. verſ. 37. ܡܰܣܶܩ efficax fuit, Gal. 2. 8. ܒܰܨܺܝܘ inquiſiverunt, petr. 1. 10. ܚܰܪܶܡ חַרֵם diviſit, סַלֵּף de-flexit &c.

Si radicis littera ſecunda, non capax eſt daghes, pro patach ſub prima Kamez eſt, vt: תָּרֵיךְ expulit, Gen. 3. ult. quod in reliquis terminationibus retinetur, תָּרִיכְתָּ, Haba. 2. 13. ܬܳܪܶܟ݂ܬܳܐ Gen. 4. 14. expuliſti, בָּרְכַת benedixi, Dan. 4. 31.

Secunda radicis ſecundàm Syrorum, Chaldęè tſeri vel chiric: præſente gutturis conſonâ aut Reſch, patach ſibi vendicat, vt קַבֵּל ſuſcepit, Gen. 4. 4. פַּקִּיד præcepit, Gen. 2. 16. Exod 5. 6. שַׁלִּיט dominatus eſt, Dan. 4. 14. שַׁכֵּן habitare fecit, Hez. 6. 12. הַלִּיךְ ambulare fecit, Gen. 5. 22. בָּרִיךְ benedixit, Gen. 1. v. 28. בָּרִיךְ, in Iona. שַׁבַּח cecinit, Exod. 15. 1. בַּרַר contrivit, Cant. 1. 14. כַּפַּר expiavit, ibid.

Quæ verò in patach finierunt, in prima Maſculina aliquando, & tertia Feminea ſingulari: Itemque in tertia Maſculina plurali Kamez conſequuntur, ubi etjam duplex ſegol, ſi tertia Reſch ſit, in Feminea tertia reperitur, ſicut in prima flexione Levi hac de perſonâ jam ſuperiùs dictum. Exempla: אַמְּרַת dixit, Cant. 1. 16. סַדְּרַת ordinavit, Prov. 9. 1. סַבְּרִית ſperavit, Pſal. 40. 2. בַּקָּרוּ inquiſiverunt, Hez. 4. 19. Licet etjam patach retineatur, שַׁבַּחוּ laudarunt, Dan. 5. 4. Iuxta communem flexionem prima הַדְּרֵת glorificavi, Dan. 4. 31. שַׁבְּחֵת laudavi, ibid. Eadem ſing. prima, in Venetis formatur quoque ut in prima activa Levi, in Chiric פַּקְּדִית præcepi,

Ier.11.4. Sic apud Targumiſtas in ſecunda plurali chiric eſt, קַיֵּמְתִּין ,בְּתַבְתִּין in Onkel. וְקַיֵּמְתִּין in Ionath. vivificaſtis, Exod. 1. 18. Singularis ſecunda in Targum exit in תָּא ,תָא, ut: בַּטֵּלְתָּא aboleviſti, Pſal.119.119. קַבֵּילְתָּא adquieviſti, Exod.7.16.

## Futurum I.

| F. | Sing. | | M. |
|---|---|---|---|
| כְּתֻבִי | ܟܬܘܒܝ | כְּתֻב | ܟܬܘܒ |
| | Plural. | | |
| כְּתֻבְנָא ܝ̈ | ܟܬܘܒܝ̈. | כְּתֻבוּ | ܟܬܘܒܘ. ܘ̣ |

Sic, ܒܥܘ inquirite, Matt.2.8. Syri pluralem femineum, à ſingulari punctulis Ribbui diſcernunt, qui tamen aliquando & ſic exit ܟܬܘܒܝ̈.

Si tertia, conſona gutturis aut Reſch ſit, ſub ſecunda erit prima Syrorum, patach Chaldæorum, vt: ܫܒܚ glorifica, Ioh.9.24. ܥܕܪ adjuva, Marc. 9. 23. שַׁבַּח lauda, שַׁבַּחִי Pſa.46.1. שַׁבַּחוּ laudate, in Ven. שַׁבַּחוּ Pſal.107.1. Pſal. 146.1. בַּדַּר ſparge, בַּדַּרוּ in Ven. בַּדַּרוּ ſpargite, Dan.4.11. בָּרְכוּ benedicite, Pſal.134.1. אַתַּרוּ excutite, Dan.4,11. יַקַּר honora, Exo.20.12.

## Futurum II.

F. Singul. M.

Sic; ܗܰܠܶܟ݂ הַלֵּךְ incedere fecit, Matt. 14. 29. ܒܰܙܶܘ ſpoliarunt, Act. 19. verſ. 37. ܚܰܝܶܠ efficax fuit, Gal. 2. 8. ܒܰܨܺܝܘ inquiſiverunt, petr. 1. 10. [illegible] divisit, סַלֵּף deflexit &c.

Si radicis littera ſecunda, non capax eſt daghes, pro patach ſub prima Kamez eſt, vt: תָּרֵיךְ expulit, Gen. 3. ult. quod in reliquis terminationibus retinetur, תָּרִיכְתְּ, Haba. 2. 13. תָּרֵכְתָּא Gen. 4. 14. expuliſti, בָּרְכֵת benedixi, Dan. 4. 31.

Secunda radicis ſecundam Syrorum, Chaldęè tſeri vel chiric: præſente gutturis conſonâ aut Reſch, patach ſibi vendicat, vt קַבֵּל ſuſcepit, Gen. 4. 4. פַּקִּיד præcepit, Gen. 2. 16. Exod 5. 6. שַׁלִּיט dominatus eſt, Dan. 4. 14. שַׁכֵּן habitare fecit, Hez. 6. 12. הַלֵּיךְ ambulare fecit, Gen. 5. 22. בָּרִיךְ benedixit, Gen. 1. v. 28. בָּרִיךְ, in Iona. שַׁבַּח cecinit, Exod. 15. 1. בַּדַּר contrivit, Cant. 1. 14. כַּפַּר expiavit, ibid.

Quæ verò in patach finierunt, in prima Maſculina aliquando, & tertia Feminea ſingulari: Itemque in tertia Maſculina plurali Kamez conſequuntur, ubi etjam duplex ſegol, ſi tertia Reſch ſit, in Feminea tertia reperitur, ſicut in prima flexione Levi hac de perſonâ jam ſuperiùs dictum. Exempla: אֲמָרַת dixit, Cant. 1. 16. סַדְּרַת ordinavit, Prov. 9. 1. סַבָּרִית ſperavit, Pſal. 40. 2. בַּקָּרוּ inquiſiverunt, Hez. 4. 19. Licet etjam patach retineatur, שַׁבַּחוּ laudarunt, Dan. 5. 4. Iuxta communem flexionem prima הַדְּרֵת glorificavi, Dan. 4. 31. שַׁבְּחֵת laudavi, ibid. Eadem ſing. prima, in Venetis formatur quoque ut in prima activa Levi, in Chiric פַּקְּדִית præcepi,

Ier. 11.

Ier.11.4. Sic apud Targumiſtas in ſecunda plurali chiric eſt, כְּתַבְתִּין, וְקַיֵּימְתִּין in Onkel. וְקַיֵּימְתִּין in Ionath. vivificaſtis, Exod. 1.18. Singularis ſecunda in Targum exit in תָא, ut: בַּטֵּלְתָּא aboleviſti, Pſal.119.119. קַבֵּילְתָּא adquieviſti, Exod.7.16.

Futurum I.

| F. | Sing. | | M. |
|---|---|---|---|
| כְּתֻבִי | ܟܬܘܒܝ | כְּתֻב | ܟܬܘܒ |

Plural.

| | | | |
|---|---|---|---|
| כְּתֻבְנָא ܝܢ | ܟܬܘܒܝ̈ | כְּתֻבוּ | ܟܬܘܒܘ. ܘܢ |

Sic, ܒܥܘ inquirite, Matt.2.8. Syri pluralem femineum, à ſingulari punctulis Ribbui diſcernunt, qui tamen aliquando & ſic exit ܟܬܘܒܝ̈ܢ.

Si tertia, conſona gutturis aut Reſch ſit, ſub ſecunda erit prima Syrorum, patach Chaldæorum, vt: ܫܒܚ glorifica, Ioh.9.24. ܥܕܪ adjuva, Marc. 9.23. שַׁבַּח lauda, שַׁבַּחִי Pſa.46.1. שַׁבַּחוּ laudate, in Ven. שַׁבַּחוּ Pſal.107.1. Pſal. 146.1. בַּדַּר ſparge, בַּדַּרוּ in Ven. בַּדַּרוּ ſpargite, Dan.4.11. בָּרְכוּ benedicite, Pſal.134.1. אַתַּרוּ excutite, Dan.4,11. יַקַּר honora, Exo.20.12.

Futurum II.

F. Singul. M.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3. ܢܶܟܬܽܘܒ | יִכְתֹּב | ܬܶܟܬܽܘܒ | תִּכְתֹּב |
| 2. ܬܶܟܬܽܘܒ | תִּכְתֹּב | ܬܶܟܬܒܺܝܢ | תִּכְתְּבִין |
| 1. ܐܶܟܬܽܘܒ | אֶכְתֹּב | | |

Plural.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3. ܢܶܟܬܒܽܘܢ | יִכְתְּבוּן | ܢܶܟܬܒܳܢ | יִכְתְּבָן |
| 2. ܬܶܟܬܒܽܘܢ | תִּכְתְּבוּן | ܬܶܟܬܒܳܢ | תִּכְתְּבָן |
| 1. ܢܶܟܬܽܘܒ | נִכְתֹּב | | |

Sic, ܢܛܥܘܡ inſeret, Rom. 11. 23. ܢܒܥܘܢ inquirent, Luc.22. 23. ܬܥܩܪܘܢ eradicabitis, Mat. 13. 29. נִרְחַם amore complectemur, Cant.1.4. תְּרַחֵם amore complecteris, prov.20.13. תְּקַבֵּל ſuſcipies ib.3. 1. תְּרַחֵק abominabitur anima, Pſal.107.18. תְּקָרֵב offeras, Hez. 7.17.. ob ר. תְּקַבְּלוּן recipietis, Dan.2.6. יְקַבְּלוּן recipient, Pſal.93.3.

Primæ perſonæ formativa habet Syrè vocalem ſecundam chateph patac Chaldæè; ܐܶܫܠܡ valedicam, Luc. 9.61.

Propter gutturis notas & Reſch ſub vltima ſyllaba eſt prima Syrorum, patach Chaldæorum, quod etiam in reliquis perſonis manere ſolet: ܐܣܒܪ Evangelizabo, Ro. 1.15. ܢܣܒܪܘܢ ſperabunt, Matt.12.21. יְמַגַּר diſſipet, Hez.6.12. ישדר mittet, Pſal.106.20. אֲשַׁבַּח laudabo, Pſal.146.2. In fine aliquando etiam chiric eſt אֲבָרִיךְ benedicam, Pſal.16.7.

Targumiſtæ poſt א interſerunt י, indicem videlicet

chateph

chateph ſegol, ubi in Venetis ſub א tſeri reperitur; אֵיגַּר dejiciam, Ezech.22.12. Verba Aleph, non rarò illud abjiciunt, ejuſque vocalem ad præfixam reſumunt, atque ita contractio fit, vt: ܢܶܠܦ pro ܢܶܐܠܦ docet, תַּלְּפוּן pro תְּאַלְּפוּן Ieſa.30.10. יֵלֵף pro יֵאַלֵּף. Integrè ܬܫܪܐ habitabit, Act.2.26.2.cor.12.10.

## Infinitum.

ܡܶܟܬܰܒ. ܠܡܶܟܬܰܒܘ      כְּתָבָא לְכִתְבָא

Sic ܡܶܥܩܰܪ eradicare, Ritual.p.58.l.12. ܠܡܶܛܒܰܥ ad immergendum, Matt.14.30. ܠܡܰܟܪܳܙܘ ad predicandum, Luc.4.18. לְקַבָּלָא ad accipiendum, Cant.1.12. לְקַטָּלָא ad occidendum, Eſth.6.2. Pro א aliquando ה eſt apud Danielem & Hezram; לְקַטָּלָה ad interficiendum, Dan. 2.44. לְנַסָּכָה ad libandum, ib. v. 46. לְבַקָּרָה ad quærendum, Hez.7.14.

In Targum pro primo Kamez ſepiſſimè çeva uſurpatur; vt: לְהַלָּכָא ad eundum, Cant.1.6. לְנַגָּבָא ad exſiccandum v. 9. ib. Invenitur quoque מ ab initio more Syro in quibuſdam Targumim לְמַהַלְכָא ad eundum, Cant. 1. 7. quod in Venet. ſcribitur לְמֶהֶלְכָא in Baſilien. verò לְמַהֲלְכָא perperam. Ex Aleph. לְאַלָּפָא ad docendum, Exod. 23.2.

Terminatur etim ות, maximè cum adfixis לְפַלְּחוּתֵהּ ad diffindendum eum, בְּכַפָּרוּתָךְ in expiando te, Exod. 30.36.

Talmudici, hîc ut in ſuperioribus addunt י, quieſcens in Tſeri לִיקְלְעֵי ad ejulandum, לִפַּלְגֵי ad dividendum; לִשְׁקְלֵי ad properandum.

## Participium Præſens.

| F. | Singul. | M. |
|---|---|---|
| מְכַתְּבָא ܡܟܬܒܐ | | מְכַתֵּב ܡܟܬܒ |

Plural.

| | | |
|---|---|---|
| מְכַתְּבָן ܡܟܬܒ̈ܢ | | מְכַתְּבִין ܡܟܬܒܝܢ |

Sic, ܡܦܠܓ dividens, Luc. 11. 22. ܡܫܠܚ ſpolians, Rom. 2. 22. ܡܥܒܕ efficiens, Philip. 2. 13. ܡܒܥܝܢ quærentes, Act. 17. 27. ܡܛܒܥܝܢ immergentes, 1. Tim. 6. 9. מְהַלֵּךְ ambulantes, Dan. 4. 46. וּמְקַבֵּיל ac ſuſcipis, Cāt. 1. 16. מְפָרֵט convellit, cum Kamez ob reſch, Iob. 16. 11.

Finit etjam in primam Syrorum, patach Chaldæorum, ſi videlicet ultima Gutturis nota aut Rech fuerit; ut, ܡܕܒܪ gubernans, 1. Tim. 3. 4. מְפַשַּׁר interpretans, Dan. 5. 12. מְהַדַּר glorificans, ib. v. 34. מְשַׁבַּח celebrans c. 2. 23. c. 4. 34. Pſ. 93. 4. מְבַדַּר diſpergens, prov. 20. 26. Targumicè etiam in chiric מְקַשִּׁט ornans. Hoſ. 6. 3 vide Dan. 7. 20. מְסַבַּר ſperans, Prov. 28. 25. וּמְהַלֵּךְ qui ambulat ibid. v. 26. מְסַדְּרָא euntes, Cant. 1. 8.

Ex Aleph, ܡܠܦ pro ܡܐܠܦ מַלֵּיף docens, Deut. 4. 1. pro quo integerè legitur מְאַלֵּיף prov. 11. 15. מַלְּפִין pro

מְאַלְּפִין Iere. 6.17. pleraque tamen perfectè ſcribuntur.

Participium Præteritum.

| F | Singul. | | M |
|---|---|---|---|
| מְכַתְּבָא | ܡܟܬܒܐ | מְכַתַּב | ܡܟܬܒ |
| | Plur. | | |
| מְכַתְּבָן | ܡܟܬܒܢ | מְכַתְּבִין | ܡܟܬܒܝܢ |

Sic, ܡܛܒܥ demergendus, Matt.18.6. ܡܥܩܡ ἐξε-ςέρεπτος perverſus, Tit.3.11.

Sola itaque prima vox in vtroque participio diverſa eſt; cæteræ formationes utrinque eædem; Et ſi tertia gutturis conſona, aut Reſch fuerit, nulla prorſus differentia erit, itaque judicio hîc opus erit. Sic, מְקַטַּר ligans & ligatus, Hoſ. 6. מְסַבַּר exſpectans & exſpectatus, מְבָרֵךְ benedicens & benedictum, Dan. 2.20. מְרַחַק, pollutus, Malac.1. & paullo ante v.7. מְרַחַק. Ex Hebraiſmo etjam ſunt quædam, מְתַרְגַּם explicatum, Hez.4.7. מְבוֹרַךְ benedictum, Rhud.2.20.&c.

## FORMA PASSIVA ETHPAHEL Chaldæis ITHPHAEL.

Hæc cum ſua Activa convenit præpoſito ܐܬ, אֶת vel הִת Charactere. Rabbini cum Talmudicis, ſæpiſſimè pro א hîc vſurpunt נ, dicentes נִת pro א, tanquam for-

ma fieret, ex prima paſſiva Hebræa formę Levis Niphal,& ſecũda formę gravis Hithphael;ſic;נִתְכְּתַב ſcribtus eſt, נתכַּפַּר expiatus eſt.נִסְתַּלַּק remotus fuit.

Significatio hîc mera paſſiva,ad activam ſuam relata:rariſſimè ac impropriè quidem,reciproca.

Præteritum.

| F | | Singul. | M | |
|---|---|---|---|---|
| אִתְכַּתְבַת | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܒܰܬ݂ | אִתְכַּתַב | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒ | 3. |
| אִתְכַּתַבְתְּ | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܬ݁ܝ | אִתְכַּתַבְתְּ | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܬ݁ | 2. |
| | | אִתְכַּתְבִית | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܶܬ݂ | 1. |

Plural.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| אִתְכַּתְבָא | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܝ | אִתְכַּתְבוּ | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܘ | 3. |
| אִתְכַּתַבְתֵּן | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܬ݁ܶܝܢ | אִתְכַּתַבְתּוּן | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܬ݁ܽܘܢ | 2. |
| | | אִתְכַּתַבְנָא | ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒܢ | 1. |

Fines communes hîc ſunt, vocalis prima & ſecunda ; Chaldæè, patach ; tſeri & chiric. ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒ & ܐܶܬ݁ܟ݁ܬ݂ܶܒ ; ſic ܐܶܬ݁ܪ̈ܓ݂ܶܡܘ lapidati ſunt ; Hebr.11.ver.37. ܐܶܬ݁ܛܥܶܡܬ݁ inſertus es, Rom.11. 17. ܐܶܬ݁ܚܦܶܛܢ, ſtuduimus, 1. Teſſal. 2.17. אִתְחַבַּר commotus fuit, Ieſa. 17.9. הִתְהֲרַךְ adductus fuit, Dan. 3. 27. אִתְפָּרְשׁוּ diviſæ ſunt, Gen.10. ob ר. אִתְהַפִּיךְ converſum fuit,Pſal.105.25.

Secunda ſingularis maſculina,maximè apud Paraphraſtes

phraſtes exit in תָ, cui nonnumquam א paragoges additur;femineum aliâs à Maſculino nihil differt.
Prima vero perſona,etjam in ית. exit, præcedente tſeri vel Kamez ſub radicis ſecũda;vt:אִתְכַּתְבֵית & אִתְכַּתָּבִית

In tertia ſingulari feminea, Veneti habent quoque Kamez ſub ſecunda radicis אִתְעַתְּרַת ſtiterat ſeſe, Exod. 2.ver.4. Et ſi tertia Reſch ſit, inveniuntur duo ſegol, אִתְקַטֶּרֶת.colligata: cuius pluralis apud Syros adſumit etjam nun paragogicum,ſicut& apud Chaldęos loco א aliquando quoque nun eſt; ܐܬܬܦܬܚܝ; Chal.in Ionathan. וְאִתְנְהָרָן & illuminati ſunt; Gen. 3. 67. ubi in Onkelo eſt אִתְפַּתְּחָא cum - ſecunda.

Tranſpoſitionem ſolam, cum Tranſpoſitione & Immutatione ſimul Syrè & Chaldęè;atque Syncopen Chaldæam litteræ ת formativæ, communem habet cum prima paſſiva Levi;vt: ܐܫܬܒܚ glorificatus eſt, Ioha. 7. 40. ܐܫܬܕܪ miſſus eſt, Ioh. 1. 6. ܐܫܬܕܪܘ miſſi ſunt;ibi.24. ܐܨܛܢܥ fraudulenter egit, Act.7.19. ܐܨܛܥܪ contumeliis adfecit,1.Theſſ.2.2. ܐܙܕܒܢ venditus eſt, Ioh.12.5. אִסְתַּמַּר cavit ſibi,2.Sam.20.10.אִשְׁתַּדַּלְתְּ occupata fuiſti, Ruth. 2.19. אִזְדַּבַּנְנָא venditi ſumus, Eſth. 7.4. אִטַּמַּרוּ. אִטַּמְּרוּ abſconderunt ſe, Gen.3.8.אִטַּמְּרֵית ibid.v.10. אִטַּבַּעוּ ſubmerſi ſunt, Exod.15.4.

Verba Aleph communiter flectuntur regulariter, quædam tamen Aleph abjiciunt: ܐܬܬܚܕ clauſa fuit janua, Matt.25.10. ܐܬܬܓܪ lucratus eſt, ibid.v.16.17.20. ܐܬܬܓܪܬ ܥܠܝܗܝܢ lucratus ſum ſuper ea, ibid. v.22

ܐܶܬܬܰܢܰܚ ingemuit, Mar. 7.34. אִיתְּכַל conſumptus eſt, אִיתְּחַד comprehenſus eſt, אִתְּגַר collatus eſt. ܐܺܬܘܰܟܰܚ habet ܐܶܬܘܰܟܰܚ A n ו eſt אֶתְוַכַּח diſceptabo, 1. Sam. 12.7. jod in Vau, ut apud Hebræos.

## Futurum Primum.

F Sing. M

ܐܶܬܟܰܬܰܒ אֶתְכַּתַב ܐܶܬܟܰܬܒܺܝ אֶתְכַּתְבִי

Plur.

ܐܶܬܟܰܬܒܽܘ אֶתְכַּתְבוּ ܐܶܬܟܰܬܒܶܝܢ אֶתְכַּתְבָנָא

Sic, ܐܶܬܪܰܚܰܡ miſerere, Matt. 15. 22. ܐܶܬܚܰܫܰܚ πρόσεχε, 1. Tim. 4.13. ܐܶܬܙܰܗܰܪܘ cavete, Mar. 12.38.

א Chaldæi cum ſegol notant, ad differentiam præteriti, licet etiam chiric reperiatur. Syrè etjam in vocalem ſecundam exit. Ex chiric terminatione אִשְׁתַּגִּישׁוּ conturbamini, Ieſa. 29.9.

Ex Aleph ܐܶܬܬܰܓܰܪܘ lucramini, Luc. 19.13. ܐܶܬܘܰܟܰܚ & ܐܶܬܐܰܡܰܢܘ conſtantes eſtote, Col. 4.2. pleraq; tamen perfectè. Ex jud, ܐܶܬܝܰܠܰܕ, omnia perfectè.

## Futurum II.

F. Singul. M.

3. ܢܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܶܒ݂ יִתְכְּתֵב ܬܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܶܒ݂ תִּתְכְּתֵב

2. ܬܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܶܒ݂ תִּתְכְּתֵב ܬܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܒ݁ܺܝܢ תִּתְכַּתְבִין

1. ܐܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܶܒ݂ אֶתְכְּתֵב

Plural.

3. ܢܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܒ݂ܽܘܢ יִתְכַּתְבוּן ܢܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܒ݂ܳܢ יִתְכַּתְבָן

2. ܬܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܒ݂ܽܘܢ תִּתְכַּתְבוּן ܬܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܒ݂ܳܢ תִּתְכַּתְבָן

1. ܢܶܬ݂ܟ݁ܬ݂ܶܒ݂ נִתְכְּתֵב

Sic; ܢܬܚܦܛ demus operā, Hebr.4.11. ܢܫܬܒܚ glorificabitur, 2. Theſſal.1. ver.10. & plurale, Rom.8.17. ܢܫܬܡܫ miniſtraretur, Mar. 10. 45. ܢܬܢܗܪ illuſtretur, 2. Cor.4.v.6. ܬܬܪܓܡ lapidabitur, Hebr.12.20. ܕܢܫܬܡܥܘܢ vt obediam, Rom.1.5. יִתְכַּנְּשׁוּן congregentur, Gen.1.9. יִצְטַבַּע tingatur, Dan.4.12. יִתְיַלְדָן naſcerentur, Gen.6.1. Terminationes reliquæ etiam hîc ſunt ܢܬܪܚܡ diligetur, Ioh.14.21. תִּתְחַבַּל perdetur, Dan.2.44. Loco jod etiam nun eſt Syro more, נִתְחַכַּם ſapiet, prov.1.20. נִשְׁתַּכַּח ibid.v.14. נִסְתַּקַּבַּל obviam fiet, pro.12.27. יִתְיַקַּר glorificabitur, prov.27.18. Et ſic Cap.2. Prov.22. נִתְעַקְּרִין eradicabuntur; cum jod Epenthetico.

Ex Aleph ܢܬܐܚܕ detineretur, Act.2.24. אִתַּסָּא ſanabor, Cant.2.5 Ex nun. ܢܬܢܣܒ ſumitur, accipitur, 1. Timo.4.4. יִתְנְסַח avellatur, Hez.6.11.

Infinitum.

ܡܬܟܬܒ. ܠܡܬܟܬܒܘ   אִתְכְּתָבָא

Sic, ܠܡܫܬܡܠܝܘ ad conſummandũ, Mar.13.4. לְאִתְקָרָבָא ad offerre, Cãt.1.15.. propter ר. בְּהִתְבְּהָלָה in trepitando, Dan.3.24. מִלְּאִסְתַּכָּלָא ab intuendo, Exod.3.6. in Onkel. Veneta pro priori Kamez etiam ſcheva habet, לְאִסְתַּקָּפָא ad commovendũ. Terminatio ות etiam hic eſt ut: אִסְתְּלָקוּת elevàri, Cant.1.6. Aliquando Mem ab initio eſt, more Syro, vt in activa quoque dictum. Ex Aleph. לְאִתַּגְּרָא ad elocandum, 1. Sam.2.5. Talmud. לְאִפַּלּוֹנֵי, אִפַּלּוֹנֵי &c.

Participium præſens.

F   Singul.   M

ܡܬܟܬܒ מִתְכְּתֵב ܡܬܟܬܒܐ מִתְכַּתְבָא

Plural.

ܡܬܟܬܒܝܢ מִתְכַּתְבִין ܡܬܟܬܒ̈ܢ מִתְכַּתְבָן

Sic ܡܬܥܡܕ immergitur, Rit.p.90.l.11. ܡܬܡܨܐ efficax ſum, Rom.1.15. ܡܫܬܒܚ glorificatur, 1.Cor. 12.26. ܡܫܬܒܚܝܢ ibid. ܡܫܬܡܫ colitur, Act.17.25. ܡܙܕܡܪ pſallitur, 1.Corin.14.7. מִתְבְּהַל Dan.5.9, ob ה alij מִתְבַּהַל. מִשְׂתַּכַּל attentus, c.7.8. מִתְקַטְּלִין, Dan.2.ver.13. מִתְנַצַּח ibid. v 43. מִטַּמַּר abſconditus, Gen.4.14. מִתְעָרְבִין ſupera-

ſuperabar, Dan. 6.3.

Duo occurrunt cum א loco ם, אטמרא abſcondita, Iob. 28. v. 21. אשתבחן laudantur. Pſalm. 78. v. 63. quidam tamen ad præteritum referunt.

## CAPVT DECIMVM QVINTVM DE VERBALIBVS PRIMÆ Conjugationis Gravis.

HVIVS generis ſunt nomina adfecta Kuſchoi ſeu Daghes. Et formantur vel à Præterito, vel à Participiis. A præterito, ܕܓܠܐ mendax, Ioh. 8. 44. ܟܕܒܐ mendacium; ib. v. 55. ܥܩܒܐ calcaneus, Ioh. 13. 18. ܨܒܬܐ ornatus, pet. 3. 3. ܩܕܝܫܐ ſanctus, Mar. 1. 24. ܙܕܝܩܐ juſtus, Matt. 9. 13. ܙܕܝܩܘܬܐ juſtitia, Matt. 6. 33. ܟܕܒܘܬܐ falſum, Matt. 24. 24. גנבא fur, זמרא Pſaltes, קדישא ſanctus, לישנא lingua, חלקא pars, חרשא opifex, טפשא ſtulta צפרא avis, יבשא aridus &c.

Ex participiis. ܡܣܟܠܢܐ 2. Cor. 7. 12. ܡܥܕܪܢܐ auxiliator, Phil. 2. 25. ܡܥܩܡܬܐ perverſa, Luc. 9. 41. מרחמנא מרחמן miſericors. מטל & מטול onus, מטלן, מבסר nuncius bonus. &c.

# CAPUT DECIMUMSEXTUM DE ALTERO GENERE FORMÆ GRAVIS, ſeu forma Quadrata.

FORMA gravis fit etiam ex quarta littera tanquam daghes. Hanc veteres מְרַבַּע Quadratam appellarunt, quod quattuor conſtet litteris. Hujus autem formæ gravis ſeu quadratæ, verba alia, vel repetitam verbi ſyllabam habent; vel ultimam tantùm litteram, oriunturque aut ex quieſcentibus ſecunda, vel defectivis media.

Repetitam ſyllabam habent: ܢܦܢܦ extulit, à ܢܦ altus fuit, ܗܘܢܘ molestus fuit, à ܗܘ, quod in Aphel ſignificat, moleſtiam exhibuit, Luc. 18. 5. ܪܓܪܓ concupivit deſiderio magno, à ܪܓ concupivit. ܡܪܡܪ irritavit à ܡܪ amarus fuit, רַבְרֵב magnificavit, à רְבַב, טַמְטֵם obſtrinxit, חַלְחֵל prophanavit, בַּלְבֵּל confudit הַרְהַר Rab. הִרְהֵר cogitavit &c. Quę ultimam ſolum litteram verbi repetunt fiunt ex quieſcentibus media, quam mediam quieſcentem in Vau cum cholem, mutant; קוֹמֵם, confirmavit, שׁוֹמֵם obſtupefecit, רוֹמֵם extulit. &c.

Nōnulla omnino diverſas habēt litteras ܫܘܗܠ feſtinauit, ܥܪܒܠ עַרְבֵּל coarctavit, ܟܪܟ implicavit, ܦܪܢܩ deliciari, ܡܪܚ auſus eſt, ܦܢܛܣ φαντάζεσθαι imaginari, עַרְטֵר impulit, עַרְקֵל feſtinauit.

Quædam verò ad perfectas radices adſumunt ſem-

chat

chat vel Schin, vel aliquam aliam ex Emunaticis, ut: ܫܩܒܠ occurit à ܩܒܠ accepit, ܫܪܗܒ feſtinavit, à ܪܗܒ conturbavit, ܫܒܗܪ καυχᾶσθαι inſolentèr ſe jactare ܫܚܠܦ שַׁחְלֵף commutavit à חֲלַף mutavit, ܫܥܒܕ שַׁעְבֵּד ſubjecit, ܕܢܫܥܒܕܘܢܢܝ ut in ſervitutem redigat me, Gal.4.4. à ܬܠܡܕܘ ܥܒܕܘ diſcipulos fecit, Act. 14.21. à ܬܠܡܕ

· Huc referas velim, quæ ſunt plurium litterarum, ſunt autem pauciſſima; סַגְרֵג granificavit, סַלְסֵל &c.

Sicut verò apud Hebræos, quædam è perfectis, ut שׁוֹפֵט, ita Syrè & Chaldæè quædam ad hunc modum flectuntur, vocaturque flexio horum דּוֹמֶה מְרֻבַּע ſimilis quadratę. Suntq; triplicia, 1. In quibus pro daghes littera Vau, vt: ܓܘܙܠ cujus paſſivum ܐܬܓܘܙܠ flamma corripi, ܦܘܪܩ eripuit, סוֹבֵל ſuſtinuit, סוֹבֵר perverſè egit. ubi notandum Syros vau per diphthongum, Chaldæos per cholem pronunciare. A verbis in jud Syrè per metatheſin ſimul, & geminationem mediæ radicis litteræ, mutatóque jud in Vau hæc verba formantur, vt à ܪܒ fit ܪܘܪܒ cujus paſſivum ܐܬܪܘܪܒ extulit ſeſe, à ܦܫܛ, Ritual.p.16.15. ܦܘܫܛ extendit, à ܝܕܥ, ܫܘܕܥ ἐπιγινώσκειν, à ܠܡ fit ܫܘܠܡ cōſentire cujus paſſivum ܐܫܬܘܠܡ συνελθεῖν συνευδοκεῖν, à ܝܕܐ eſt ܫܘܕܝ promiſit, cujus paſſivum habetur, Act.7.17.

Luc.22. II. In quibuſdam etjam jod pro daghes, ubi Syrè per diphthongum, Chaldæè per tſeri effertur, ܫܝܙܒ ſuſtulit, à ܫܙܒ. שֵׁיזִב, ſervavit, eripuit, Dan.3.24. c.6.20. Exo.12.27. שֵׁיצִי vaſtavit. III. In quibuſdam quarta eſt jod vel Aleph, ܐܪܒܐ vel ܐܪܒܝ aluit, Act.13. 18. שַׁלְהִי & שַׁלְהֵי cujus paſſ. אִשְׁתַּלְהֵי defecit. &c. Hisde vide quieſcentia in ultima, vel anomala polyſyllabica infra.

## FORMA QVADRATORVM
### ACTIVA.

Præteritum

| F. | | Sing. | M. |
|---|---|---|---|
| הַרְהֲרַת | ܗܪܗܪܬ | הַרְהַר | ܗܪܗܪ |
| הַרְהַרְתְּ | ܗܪܗܪܬܝ | הַרְהַרְתְּ | ܗܪܗܪܬ |
| | | הַרְהַרֵת | ܗܪܗܪܬ |

Plural.

| F. | | M. | |
|---|---|---|---|
| הַרְהַרָא | ܗܪܗܪܝ | הַרְהַרוּ | ܗܪܗܪܘ |
| הַרְהַרְתֵּן | ܗܪܗܪܬܝܢ | הַרְהַרְתּוּן | ܗܪܗܪܬܘܢ |
| | | הַרְהַרְנָא | ܗܪܗܪܢ |

Sic ܣܘܒܠ, ܣܘܒܠܬ, ܣܘܒܠܬ, סוֹבֵל סוֹבַלְתְּ סוֹבְלַת, it. ܫܘܙܒ, ܫܘܙܒܬ, ܫܘܙܒܬ, שֵׁיזִב, שֵׁיזְבַת. &c. Omnia ad formam primam gravem pahel, niſi quod loco daghes

ghes littera pronuncietur, cujus etjam fines obſervat: ſic: ܫܥܒܕܬ ſubjeciſti, Hebr. 2. 8. ܫܚܠܦܘ muta-
runt, Act. 28. 7. ܬܪܣܝܬܘܢ nutriſtis, Iac. 5. 5. פַלְפֵּלְת ad-
ſperſi, Iob. 16. 15. סוֹפְקֵת applauſi c. 31. 25. סוֹבְרִית portavi,
Pſal. 69. 8.

## Futurum. I.

| F. | Singul. | | M. |
|---|---|---|---|
| הַרְהַרִי | ܗܪܗܪܝ | הַרְהַר | ܗܪܗܪ |
| | Plural. | | |
| הַרְהַרְנָא | ܗܪܗܪܝܢ | הַרְהַרוּ | ܗܪܗܪܘ |

Sic, ܣܘܒܠ, ܣܘܒܠܘ, סוֹבַל, סוֹבְלוּ Item ܫܝܙܒ ܫܝܙܒܘ, שֵׁיזִב שֵׁיזִבוּ, ut in prima gravi.

## Futurum II.

| F. | Singul. | | M. |
|---|---|---|---|
| תְּהַרְהַר | ܬܗܪܗܪ | יְהַרְהַר | ܢܗܪܗܪ |
| תְּהַרְהֲרִין | ܬܗܪܗܪܝܢ | תְּהַרְהַר | ܬܗܪܗܪ |
| | | אֲהַרְהַר | ܐܗܪܗܪ |

Plur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| יְהַרְהֲרָן | ܢܗܪܗܪܢ | יְהַרְהֲרוּן | ܢܗܪܗܪܘܢ |
| תְּהַרְהֲרָן | ܬܗܪܗܪܢ | תְּהַרְהֲרוּן | ܬܗܪܗܪܘܢ |
| | | נְהַרְהֵר | ܢܗܪܗܪ |

Sic, ܢܣܬܘܒܪ 2. Teſſal.3.3. נִסּוֹבַל ܐܫܬܚܠܦ muta-bo. Gal. 4. 20. ܢܫܬܚܠܦܘܢ immutabunt, Gal. 1. 7. וְאֶנְעֲנַע & meditabor.Pſal.119.117. יְעַלְטֵל deperdet, Pſal. 146.9. תְּרוֹרֵם exaltabis, Iob.17.4. ܬܫܬܘܙܒܘܢ 2. Theſſ.1.6. אֲשֵׁיזִיב liberabo, Exo. 6. 6. תְּשֵׁיזִב Dan.3.14. יְשֵׁיזֵב, יְשֵׁיזְבִנָּךְ redimat te.c.6.16. Secunda cum Nun, more Syro, נְטַלְטְלוּן traducent, prov.11.3.

Infinitum.

| | |
|---|---|
| הַרְהָרָא | ܡܗܪܗܪܘ |

Sic ܡܣܬܘܒܪܘ, סוֹבָלָא portare, Ier.10.10. It. ܡܫܬܘܙܒܘ שֵׁיזָבָא & שֵׁיזְבָא Ieſa. 36. 14. לְשֵׁיזָבוּתֵהּ ad eruendum eum, Dan.6.14. c. 6.20. Et cum Mem, Syro more; לְמִסּוֹבְרָא continere ſe, Gen. 45. 1. vbi etiam ςeva pro Kamez, quod ſepiſſe ita fit.

Participium Præſens

| F. | Singul. | M. | |
|---|---|---|---|
| מְהַרְהֲרָא | ܡܗܪܗܪܐ | מְהַרְהַר | ܡܗܪܗܪ |

Plural.

Plural.

ܡܗܪܗܪܝܢ מְהַרְהֲרִין ܡܗܪܗܪ̈ܢ מְהַרְהֲרָן

Sic ܡܫܘܚܠܦ, ܡܫܚܠܦ mutat, Gal. 3. ver. 15. ܡܣܪܗܒ feſtinans, Iacob. 1. 19. ܡܣܪܗܒܝ̈ܢ 2. Tim. 3. 4. ܡܬܪܣܐ ܗܘܐ alens, Matt. 6. 26. מְטַלְטַל in conſtans, Gen. 4. 12. מְשַׁרְשַׁר allicicns, Prov. 20. 19. מְסוֹבַר Ieſa. 40. 1. וּמְרוֹמְמִין & exaltant, Pſ. 107. 32. מְטַשְׁטְשִׁין oblectari Iob. 16. ver. 16. ܡܫܘܙܒ, מְשֵׁיזִב liberans, Dan. 6. 27.

Participium Præteritum.

| F | Singul. | M |
|---|---|---|

ܡܗܪܗܪ מְהַרְהַר ܡܗܪܗܪܐ מְהַרְהֲרָא

Plural.

ܡܗܪܗܪܝܢ מְהַרְהֲרִין ܡܗܪܗܪ̈ܢ מְהַרְהֲרָן

Sic; ܡܫܘܥܒܕ ; ܡܫܥܒܕ ſubjectus, Luc. 7. 8. מִצַּלְהַב inflammatur, Pſal. 119. 120. מְסוֹבַל, מְכוּבְלִין apta ad onera portanda, Hez. 6. 3. ܡܫܘܙܒ מְשֵׁיזַב & מְשֵׁיזָב Iob. 18. 19.

## FORMA PASSIVA.

perſonæ primæ in ſingulari ſupra vau habent vocalem primam, in reliquis reliqua ſequuntur; ܚܕܘܬܝ gaudium meum, Philip. 2. 2. ܚܝܘܬܝ beſtia mea. ܚܕܘܬܗ gaudium ejus, Luc. 24. 41. ܚܕܘܬܟܘܢ gaudium veſtrum, Ioh. 15. 11. Quę in penultima habent Scheva vocale, cum adfixis perſonæ 1. in ſing. & 2. & 3. plur. utriuſque generis, mutant illud in vocalem primam, cum reliquis verò manet: ܡܓܕܠܐ turris, ܡܓܕܠܝ turris mea, ܡܓܕܠܟܘܢ turris veſtra &c. vocali propria ſub prima ſyllaba fixa manente; ſic, ܗܝܟܠܝ templum meum, ܡܩܕܫܝ ſanctuarium meũ. א pro ה, פִּשְׁרֵא interpretatio ejus, Dan. 4. 15 & c. 8. 8. ה.. pro ותי, אַמְהְתַ־ה ancillæ ejus, Gen. 20. 17. ה דִרְחָתַ viæ ſuę, Ieſ. 45. 13. חַרְצַה lumborum ejus, Dan. 5. 6. vide & v. 2. 6. cap. 4. 34. והי pro יה, חֲרוֹהִי pectus ejus Dan. 2. 32. זְנוֹהִי ſpecies ejus Gen. 1. 12, יה. pro הָא. , רַגְלָיה vel רַגְלַיה pedes ejus, שִׁנַּיה dentes ejus, טִפְרַיה ungues ejus. Dan. 7. 7. הם pro הון, בְּרָאשֵׁהם inter primores eorum, Dan. 7. 10. שְׁמָתְהם nomina illorum, Hez. 5. 5. c. 7. 16. Gen. 5. 2. legitur שְׁמָהַתהון. אֱלָהֵהם, Dei eorum, בִּידֵהם in manibus eorum, v. 8. ibid. Singulari ac plurali numero confuſo, רַגְלֶךָ pedes tui, 2. Sam. 11. 8. עֲבָרֶךָ ſervi tui v. 24. & mox עַבְדְּךָ ſervus tuus. Forma Maſculina ac Feminea confuſa, עֵינַךְ oculos tuos, Ieſa. 49. 18. תוֹרְבִינַךְ nutritij tui, Pſal. 88. 17. רְגִזַיִךְ irę tuę בִּיעוּתַיִךְ furores tui, de Deo.

Quorum finis ן א vel ה radicale, Syrè illud prorſus abjiciunt, Chaldęè verò ſepè in jod mutant; ut à ܒܢܐ

ſangvis, eſt ܕܡܝ ſangvis meus, Matt.26.28. ܟܣܐ, calix ܟܣܝ calix meus, Matt.23.25. ܕܪܐ ætas ܕܪܗ ætas ejus, Heb.3.10. ܡܨܥܬܐ medium ܒܡܨܥܬܢ in medio noſtri. Luc.2. ܒܡܨܥܬܟܝ in medio tui, cap.19.44. חֲטָא peccatum חֲטָךְ tuum, Dan.4.24. פְּתָא latitudo פְּתָיַהּ latitudo ejus, Hez.6.3. ܡܪܝܐ verò recipit adfixa in forma ܡܪܐ & ſic Chald. מָרָא abjecto tamen, Aleph, ܡܪܝ, Matt.7.21. מָרִי pro quo Dan. 4.16. & 21. eſt מָרְאִי Domine mi; ܡܪܗ Matth.18.18. מָרֵהּ dominus ejus, Eccl.7.13. ܡܪܢ 1.Cor.16.22. dominus noſter, ܡܪܟܘܢ veſter, Rom.12.11. Sic Talmudici ſimpliciter dicunt מַר dominus. Exo. tamen 21.10. reperitur מָרֵיהּ dominus ejus, & Iob.24.11. מָרֵיהוֹן dominus eorum, א in י mutato.

Tria hæc ܐܒܐ אַב, pater, ܐܚܐ אַח frater, & ܚܡܐ חַם ſocer; hanc habent Syntaxin.

| F. | | Singularis. | M. |
|---|---|---|---|
| אֲבוּהָ | ܐܒܘܗ̇ | אֲבוּהִי: | ܐܒܘܗܝ |
| | | אֲבוּי ואֲבוֹי ואֲבוּה | |
| | | Tal.Pro.20.20.Cant.1.3. | |
| | Pater ejus. | | |
| אֲבוּהֵן | ܐܒܘܗܝܢ | אֲבוּהוֹן | ܐܒܘܗܘܢ |
| illarum | Pater | illorum | |
| אֲבוּךְ | ܐܒܘܟܝ | R. אֲבוּךְ | ܐܒܘܟ |
| | | V. אֲבוּךְ Ex.20.12. אֲבָךְ Ex.3.6. | |

Pater

Pater tuus.

ܐܒܘܟܘܢ אֲבוּכוֹן ܐܒܘܟܝܢ אֲבוּכֵן

Pater veſter.

ܐܒܝ אֲבִי ܐܒܘܢ אֲבוּנָא׃ וּנָן

Noſter. Pater meus.

Sic reliqua duo: ܐܚܘܗܝ frater ejus, ܚܡܘܗܝ ſocer ejus, Ioh. 18. 13. ubi nota, Syrè cum adfixo 1. ſingul. vocalem primam ſub prima in quartam abire, cum reliquis verò manere, in ܐܒ & ܐܚ. in ܚܡܐ verò in prima, vocalem ſecundam, adeſſe, ut: ܚܡܝ ſocer meus. אֲחוּהִי Exod. 1. 16. אֲחוּהִי Gen. 4. 21. Hag. 2. 2. אֲחוּךְ Gen. 4. 10. Ex. 7. 1. חֲמוּהִי Exo. 4. 18. חֲמוּהָא Gen. 38. 25. dicitur אֲבָא pro אֲבִי

Pluralis.

ܐܒܗܘܗܝ אֲבָהָתֵהּ ܐܒܗܝܗ אֲבָהָתָהּ

Patres illius.

ܐܒܗܝܗܘܢ אֲבָהָתְהוֹן ܐܒܗܝܗܝܢ אֲבָהָתֵיהֵן

in R. אֲבָהָתְהוֹן in. V. אֲבָתְהוֹן

Ex. 6. 14.

illarum. Patres illorum.

ܐܒܗܝܟ אֲבָהָתָךְ ܐܒܗܝܟܝ אֲבָהָתִיךְ

& אֲבָהָתָךְ Hez. 4. 15. Gene. 15. 15.

Patres tui.

ܐܒܗܝܟܘܢ אֲבָהָתְכוֹן ܐܒܗܝܟܝܢ אֲבָהָתֵיכֵן

אֲבָהָתְכוֹן Ex.3.13.

Patres veſtri.

ܐܒܗ̈ܝ אֲבָהָתִי ܐܒܗ̈ܝܢ אֲבָהָתָנָא

Hez.5.11.

noſtri. patres mei.

In plurali adſumpto He, adfixa more reliquorum nominum huic adjungũtur. Dicitur etjam, ܐܒܗ̈ܬܗܘܢ patres illorum Luc.6.23. ܐܒܗ̈ܬܢ patres noſtri, Act.3.13. Reliquis verò duobus ſimpliciter adfixa adjunguntur, ut nominibus maſculini generis, ܐܚ̈ܘܗܝ אֲחוֹתִי Exo.2.11. fratres illius. ܐܚ̈ܝܟ אַחִיךְ fratres tui, Hez. 7.18. cum ſegol Euphoniæ gratia. אַחַי fratres mei, Exo. 4.18. ܐܚ̈ܘܗܘܢ fratres illorum, לַאֲחֵיהֶם fratribus eorum, Hez.6.20. Hebraicè. ܚܡܘ̈ܗܝ חֲמוּתִי ſocer illius, quod חֲמוּהִי Ex.3.1. ܚܡܘ̈ܗܘܢ חֲמִיהוֹן ſoceri illorũ. A בַּיִת domus, dicitur: בֵּיתָא prov.9.1. בֵּיתֵיהּ Dan.3.29.c.5.23: בֵּיתֵהּ Hez.6.11. בֵּיתֵיהּ Hag.1.9. domus eius. בֵּיתְךָ domus tua, Gen.7.1. בָּתֵּיכוֹן domus veſtra, Dan.2.5. בֵּיתָם domus eorum, Hez.3.23. בֵּיתִי Dan.4.1. Ab עַיִן eſt עַיְנַי oculos meos Dan.4.31. עֵינֵיהוֹן oculi eorum, Ieſ.13.18.

## CAPVT TERTIVM.

### De sintaxi verbi cvm nomine.

SYNTAXIS verbi cum nomine, eſt in numero, genere & perſona; ut ܢܚܐ ܒܪܢܫܐ vivit homo, Matt.4.4. ܝܫܘܥ ܥܢܐ ܘܐܡܪ

Ieſus

Ieſus reſpondit & dixit, Ca. 3. 15. ܪܚܝܠ ܒܟܝܐ Rachel plorans, c. 2. 18. ܐܬܐ ܝܘܚܢܢ venit Iohannes, Ca. 3 1. וַהֲוָת רַמְשׁ & fuit veſpera, Gen. 1. 5. וְאַרְעָא הֲוָת & terra erat, ibi. 2. וְהִיא תְּקוּם לְעָלְמַיָּא & illud videlicet מַלְכוּת regnum, ſtabit in æternum, Dan. 2. 44.

Anomalia communis. Nomen hîc ſepè reticetur, ut אֲמַרֵת dixi, videlicet אֲנָא. Sic verba perſonę tertiæ ſepe numerò imperſonaliter uſurpantur, ut: ܐܝܬܝ ἠνέχθη allatū eſt, Mat. 14. 11. p attulit talis aut talis ܢܦܩܘ ܗܘܘ & egreſſi fuerunt, Mar. 6. 12. וְחַוִּיו וַאֲמַר הָא & nunciatum eſt atque dictum eſt, Gen. 48. 2. וְכָל־אֲתַר לָא־הִשְׁתְּכַח & omnis locus non inventus eſt, h. e. invenietur, Dan. 2. 35. וּשְׁאָר חֵיוָתָא הֶעְדִּיו שָׁלְטָנְהוֹן & reſiduo beſtiarum abſtulerant poteſtatem earum h. e. ablata eſt poteſtas earum. Hoc etjam Talmudicis & Rabbinis frequenti in uſu eſt. Sic Luc. 12. 20. ܚܣܝܪ ܪܥܝܢܐ ܒܗܢܐ ܠܠܝܐ ܢܦܫܟ ܬܒܥܝܢ ܠܗ ܡܢܟ Expers ratiōis in hac nocte tuā animā repetunt abs te, h. e. repetetur.

Ellipſis quoque verbi frequentiſſima eſt, præſertim autē Subſtantivi, ut: ܕܫܡܗ ܝܘܣܦ ܡܢ ܒܝܬܗ ܕܕܘܝܕ ܘܫܡܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ : cujus nomen (erat) Iauſeph de domo David. & nomen virginis (erat) Mariam, Luc. 1. 27. אִלֵּין תּוֹלְדוֹת שְׁמַיָּא iſtæ (ſunt) generationes Cælorum, Gen. 2. 4. יַרְחָא הָדֵין לְכוֹן רֵישׁ יַרְחַיָּא menſis iſte (erit) vobis principium menſium, Exo. 12. 2. עֲנוֹ וְאָמְרִין reſponderunt & dicentes fuerunt, Dan. 3. 9. דִּי־בְחֵילֵהּ qui in exercitu ſuo (erant.) אַנְתְּ מַלְכָּא

tu rex (audi.) Dan. 5.18. אֱנָשׁ אַרְחֵיהּ עַל אַרְעָא vir viam ſuam ſuper terram (ambulabat.) Gen. 6.12. גְּבַר לְקַרְתֵּיהּ וּגְבַר אַרְעֵהּ vir in urbem ſuam & vir in terram ſuam, (fugiebat quiſque.)

Ex verbi verò ſubſtantivi Ellipſi, additis ad participia, pronominibus, oritur periphraſis temporis præſentis, vide ſis caput. IV. hujus libri, circa finem. Atque ita pronomen idem vel repetitum, vel ſimpliciter nominibus aut pronominibus aliis, (ſemper fere) poſtpoſitum, perſona, genere, & numero ijſdem reſpondens, ejuſdem verbi Subſtantivi vicem ſupplet, non ſine elegantia ac lingvæ proprietate, & quidem ܗܘ הוא & ܗܝ היא latinè pro exigentia loci exponenda per, Sum, es, eſt, ſunt, ܐܢܘܢ אנון & ܐܢܝܢ אנין per, ſumus, eſtis, ſunt; ita tamen ܗܘ & ܗܝ efferendo ut ܗ pronunciando prorſus abſorbeatur, ac ſolummodo ܘ u & ܝ i, audiantur. ܐܢܬ & ܐܢܬܝ Es ܐܢܬܘܢ & ܐܢܬܝܢ eſtis, ܐܢܐ Sum. Exempla; ܐܢܬ ܗܘ ܗܘ Tu es ille, Matt. 11.3. ܪܚܡܝ ܐܢܬܘܢ ܐܢܬܘܢ vos amici mei eſtis, Ioh. 15.14. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ ܐܢܐ ܐܢܐ dicit eis Ieſus quod ego ſum, Ioh. 18.5. ܕܢܕܥܘܢ ܕܐܢܬ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ut cognoſcãt quod tu es Deus, Io. 17.3. ܕܓܒܪܐ ܐܢܬ ܩܫܝܐ quod vir es durus Matt. 25.24. ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ vos eſtis, Matt. 5.13,14. ܡܢܐ ܐܢܝܢ ܡܠܐ ܗܠܝܢ quæ ſunt verba iſta, Luc. 24.17. ܠܡܐ ܐܢܐ ܗܘ ܪܒܝ numquid ego

ſum

ſum Rabbi Matth. 26.22. ܢܺܝܪܝ ܒܰܣܺܝܡ ܗܽܘ ܘܡܰܘܒܠܝ ܩܰܠܺܝܠ ܗܽܘ jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum lene eſt, Matt. 11.30. אַנְתְּ הוּא tu es, Pſ. 118. & 142. חֲדָה־הִיא דָתְכוֹן una eſt lex veſtra, Dan. 2.9. מַן אַתְּ quis es, Gen. 27.18. מַן אִנּוּן quæ ſunt nomina, Héz. 5. 4. &c.

Pleonaſmus verò non eſt minus frequens, maximè infiniti cum reliquis temporibus, & participij cũ præterito & futuro, ac adhibetur ut plurimum ad cõfirmationem & rei ſtabilitionem, quâ de ſermo inſtituitur, ut ܠܐ ܗܘܐ ܢܦܠܐ ܢܦܠܬ non fuit, cadendo cecidit, Rom. 9 6. ubi ܗܘܐ quoq; redũdat. ܡܶܬܩܛܳܠܘ ܢܶܬܩܛܶܠ occidendo occidetur, Levit. 20. וְאִם מִתְאֲכָלָא יִתְאֲכִיל & quando comedendo comederit, Levit. 19.7. נְפַק מִיפַּק exiit exeundo, Gen. 8.7. מִנְפַּל תִּנְפּוֹל קֳ. מוֹהִי cadendo cades ante illum, Eſth. 6.13. Sic Livius decat. 1. l. 2. occidione occiſi, מֵיכַל תֵּיכוּל comedens comedes. Gen. 6.16. ܡܫܢܐ ܫܢܐ inſaniens inſaniit, Ioh. 10.20. Itẽ verbi & nominis ut: ܒܡܘܡܬܐ ܝܡܐ ܠܗ juramento juravit, Luc. 1.73. [illegible]א בְּעוּתֵהּ petens petitionem ſuam, Dan. 6.13.

Sic: וַעֲבַד נֹחַ כְּכֹל דְּפַקִּיד יָתֵיהּ יְיָ כֵּן עֲבַד & fecit Noah, juxta omnia quæ præcepit ei dominus ita fecit, Gen. 6.22.

Verbum verò ܗܘܐ הוא ſepiſſime pleonaſtice poſitum repertur, licet aliquando notetur eo imperfectum ac pluſquamperfectum, ut parte prima p. 39. di-

ctum. Exempla: ܦܩܕܘ ܗܘܘ præceperunt fuerunt, Ioh.11.57. ܗܘܬ ܗܘܬ facta eſt, Ioh.3.25. ܐܝܬ ܗܘܐ ens fuit, erat, Iohan.11.1. ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ illa erat, Ibid.ver.18. ܐܝܬ ܗܘܘ erant, c.4.6. חֲוָה נְפַק fuit exiit, Cant.1.12.

Pleonaſmus perelegans etjam eſt pronominis in danti caſu cum verbo; ut: ܐܙܠ ܠܟ abi tibi, Matth.4.10. 17. ܬܒ ܠܟ ſede tibi, cap.22.44. ܡܝܬ ܠܗ mortuus eſt ſibi Mar.9.26. אֱזִיל לָךְ exi tibi, Gen.12.1. שְׁלַח לָךְ mitte tibi, Num.13.3. אֲבַדְנָא לְנָא perimus nobis, Ezech.37.11. וְאֲזַל לֵיהּ & abiit ſibi, Exod.18.27. Huc pertinet etjam particula ܢܐ quæ & ܢܝ ſcribitur, idem ſignificans ac ܠܝ mihi, ſecundis ac primis perſonis Futurorum addita; ܐܩܘܡ ܢܐ ſurgam mihi, ܩܪܘܒ ܢܝ accede mihi.

Sic verba tranſitiva, præter proprium caſum, elegantiæ ac majoris certitudinis cauſſa ac confirmationis, recipiunt aliquod pronomen, vel adfixum, eumdem caſum referens, qui ut plurium cum ܠ conſtruitur, ut: ܡܢ ܒܬܪ ܕܦܩܕ ܗܘܐ ܐܢܘܢ ܠܫܠܝܚܐ poſtquam præceperat eis apoſtolis, Act.1. vide & 1. Corint.5.

Huc referre libet pleonaſmum quorundam aliorum pronominum, cum verbis ejuſdem perſonę addantur, ut: ܐܢܐ ܠܐ ܐܫܬܡܫܬ ܒܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ego non uſus fui ullo ex illis, 1.Cor.9.15. ܐܢܐ ܠܚܘܕܝ

ܡܫܬܡܫ

ܡܫܬܘܬܦ ܐܢܐ ego per gratiam participans ſum 1. Cor. 10.30. ܐܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ego verò dicens ſum vobis, Mat. 5.39. ܐܢܐ ܐܡܪܬ ܕܐܠܗܐ ܐܢܬܘܢ Ego dixi quod dij eſtis, Pſalm. 82. וַאֲנָא הָא אֲנָא מַיְתֵי יָת טוֹפָנָא מַיָא & ego ecce ego adducens ſum diluvium aquarum, Gen. 6.17. וַאֲנָא הָא אֲנָא מְקִים יָת קְיָמִי עִמְּכוֹן Et ego ecce ſum ſtatuens pactum meum, Gen. 9.9.

Anomalia Specialis. Et primo quidem numeri ii קָל דַּם זַרְעָיָן קָבְלָן vox ſanguinis generationum clamant, Gen. 4.10. וַאֲמַרַת חַיָּתָא & dixit obſtetrices Exod. 1.19. עִשְׂבָּא כְּתוֹרִין יְטַעֲמוּנֵּהּ Herba ut bobus ſapuerunt ei Dan. 5.21. וְיֵיתוֹן חֶמְדַּת venient deſiderium Hag. 2.7. vide & Hez. 6.5. Iob. 21.3.

Sic nominibus duobus vel pluribus ſingularibus, iiſdemque vel ejuſdem vel generis diuerſi, maſculinum verbum, numero in plurali additur; ut: ܡܛܠ ܕܐܒܝ ܘܐܡܝ ܫܒܩܘܢܝ Quoniam pater meus & mater mea reliquerunt me, Pſalm. 27.10. ܘܐܬܘ ܐܡܗ ܘܐܚܘܗܝ & venerũt mater ejus & fratres, Marc. 3.31. ܒܣܪܐ ܘܕܡܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܡܐܪܬ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ caro & ſangvis regnum cælorum hæreditare non poſſunt, 1. Corinth. 15. 50. עֲנוֹ שַׁדְרַךְ מֵישַׁךְ וַעֲבֵד נְגוֹ, reſponderunt Schadrach, Meſach & Abed-Nego, Dan. 3.16. Secus tamen aliquando fit reſpondente videlicet verbo, eodem in genere nomini, ſibi proximiori, numero ſingulari, ut: ܠܡܠܟܘܬܐ

ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܠܡܐ ܢܣܓܐ ܠܘܬܟܘܢ gratia & pax multiplicetur apud vos pet.1.2. ܘܠܐ ܪܘܡܐ: ܘܠܐ ܥܘܡܩܐ: ܘܠܐ ܒܪܝܬܐ ܐܚܪܝܬܐ: ܬܫܟܚ ܠܡܦܪܫܘܬܢ ܡܢ ܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ: neque altitudo neque profunditas, nec alia creatura poterit ſeparare me à charitate Dei, Rom.8.39. וַחֲזָא פַרְעֹה אֲרֵי־אִתְמְנַע מִטְרָא וּבַרְדָּא וְקָלַיָּא & vidit Pharo quod ceſſaſſet pluvia & grando & tonitrua, Exo.9.34.

Huc refer nomina collectiva, eadem enim poſt ſe requirunt plurale verbum; ut: ܘܥܢܘ ܟܠܗ ܥܡܐ ܘܐܡܪܝܢ & reſponderunt omnis populus & dixerunt, Matt. 27. 25. גְּבַר חֶלְמְנָא vir ſomniavimus, Gen. 41.11. רָהֲטִין גְּבַר curretis vir, Hag.1.9. וִימוּתוּן כָּל עָנָא & morientur omnis grex, Gen.33.13.

Nomen ܚܝܐ nunc ſingulare, nunc plurale poſt ſe habet verbum, ut ܒܗ ܚܝܐ ܗܘܐ: ܘܚܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ in eo vitæ fuit: & vitæ ſunt &c. Ioh.1.4.

Enallage temporum. Præteriti pro participio præſenti, ܗܢܐ ܟܘܪܗܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܘܬܐ hic morbus non (fuit) eſt ad mortem, Ioh. 11. 4. præteriti pro futuro; ܠܕܝܢܐ ܠܐ ܐܬܐ: ܐܠܐ ܫܢܐ ܠܗ ܡܢ ܡܘܬܐ ܠܚܝܐ in judicium non venit (veniet) ſed tranſiit (tranſiet) ſibi, Ioh. 5. 24. הָא מַחָא מִן־קֳדָם־יְיָ הָוְיָא Ecce à facie domini plaga eſt (erit) Exo. 9. 3. Participium pro futuro, ܟܕ ܩܡܝܢ ܠܐ ܢܣܒܝܢ ܢܫܐ ܘܠܐ ܢܫܐ ܗܘܝܢ ܠܓܒܪܐ cum ſurrexerint non accipiunt (accipient) mulieres, neque

neque mulieres ſunt (erunt) viris, Mar.12.25.

Futuri pro Infinito, ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܫܟܚ ܢܥܒܪ ut nemo poſſet tranſiret, (tranſire.) Matt.8.28. ܕܐܦ ܚܢܢ ܢܫܟܚ ܢܒܝܐ ut nos quoque poſſimus conſolemur (conſolari) 2.Cor.1.4. ubi tamen aliquando particula ܕ accedit, ut: ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܕܓܠ ܒܗ non voluit ut deneget ei, noluit ei denegare, Mar.6.26. ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚ ܐܢܫ ܕܢܥܘܠ quomodo poteſt ut ingrediatur, (ingredi) Mat.12.29. vide quoque Matt.1.19. c.16.25. Luc.6.48.

Participij pro infinito; ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܫܡܥܝܢ quia non poteſtis vos audientes, Ioh.8.43.

Generis. כָּל נְשַׁיָּא יִתְּנוּן omnes mulieres tribuent, pro יִתְּנָן Eſth.1.20. hujuſmodi autem anomalia ſepiſſime videtur eſſe in participiis numeri pluralis cum nominibus addantur, ſed revera nulla eſt, quia & maſculinum & femineum in verbis nonnullis in ןִ Chaldæè exeunt.

Generis & numeri ſimul: ܚܘܪܘ ܒܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܕܠܐ ܙܪܥܝܢ ܘܠܐ ܚܨܕܝܢ ܘܠܐ ܡܟܢܫܝܢ ܠܐܘܨܪܐ: adſpicite in volatile cęli quod nec ſuminant nec metunt, neque congregant in horrea, Matt.6.26. ܘܪܗܛܬ ܒܥܪܐ ܗܝ ܟܠܗ ܠܫܩܝܦܐ ܘܢܦܠܬ ܒܝܡܐ ܘܐܬܚܢܩܘ & rectâ contendit grex ille totus ad ſaxum & cenderunt in mare & ſuffocati ſunt, Luc.8.33.

Perſonæ. ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܬܘܢ ܓܒܝܬܘܢܝ non fuit e-

EE

legiſtis me, Ioh. 15. 16. ubi tamen ܗܘܐ retundat, עַל מַלְכוּתִי הָתְקְנַת ſuper regno meo conſtituta eſt, Dan. 4. 33. ubi 3. fem. pro. maſcul.

## Appendix de infinito.

Poſtremò hoc loco notandum, ſumméque obſervandum, infinitum caſum accuſandi ante ſe non admittere, ſed ſemper ad nominativum verbi præcedentis pertinere, nec enim recte Syrè dicitur: ܨܳܒܶܐ ܐܢܐ ܐܢܬ ܠܡܶܩܪܳܐ volens ego (volo) te legere, cùm rectè dicatur ܨܳܒܶܐ ܐ̱ܢܐ ܠܡܶܩܪܳܐ volo ego legere; atque ita cum infinitum non poterit convenire cum nominativo verbi præcedentis, optimè ejus loco adhibetur vel futurum ſecundum vel participium præſens, interveniente particula ܕ ſolum vel conjuncta eædem ܐܝܟ ſeu ܐܝܟܢܐ quæ utplurimum elegantiæ ſermonis inſerviunt, ut: ܨܳܒܶܐ ܐܢܐ ܕܬܶܩܪܶܐ ܐܢܬ volo ut legas tu. Aliquando tamen & hîc per Ellipſin illud ܕ ſubintelligitur, ut ܡܳܢܳܐ ܨܳܒܶܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܶܥܒܶܕ ܠܟܘܢ quid vultis faciam vobis, Matt. 20. 32. &c.

# CAPVT QVARTVM.

## De Syntaxi verbi cum pronomine Adfixo.

ADFIXA pronomina collocantur cum verbis activis dumtaxat, (paſſiva namque, infinito eorum excepto, hanc ſyntaxin reſpuunt,

reſpuunt,) & quidem perſonis ferè diſſimilibus, ut adfixa perſonæ primæ, cum verbis ſecundæ ac tertiæ, contráve. Tertiæ tamen perſonæ ſimiles poſſunt convenire. Quod ſi verbum primæ aut ſecundæ perſonæ, cum adfixo ejuſdem efferendum, Syrè ſeparatim ei elegantiſſima & longè uſitatiſſima loquendi formula adjicitur ܢܦܫܐ anima, vel ܩܢܘܡܐ perſona, cum tali adfixo; ut ܫܕܝ ܢܦܫܟ abjice animam tuam, h.e. te. ܐܫܕܐ ܩܢܘܡܝ abjiciam meam perſonam, h.e. me, q.d. deſpiciam memet ipſum ac nihili faciam, exempla ubique ſunt obviàm in N.T.

Perſonæ quoque tertiæ pronomina pluralia Syrè raro adjunguntur perſonis verborum tertiis, ſed ſeparatim potius cum illis conſtruuntur, tàm in ſingulari quam plurali, in omnibus temporibus; nec enim rectè dico ܒܢܗܘܢ ædificavit eos, ſicut rectè ܒܢܟܘܢ ædificavit vos, ſed ܒܢܐ ܐܢܘܢ ædificavit eos, &c. & ſic nonnumquam ܠܗ loco adfixi ſing. per. 3. eis additur.

Notandum autem hîc, ſingularem & pluralem tertiam maſculini, cum adfixis, tranſpoſitionem vocalium exſigere, licet in כּוֹן & כֵּן Chaldaicè id nunc obſervetur nunc negligatur; ut: ܫܒܩܗ reliquit eum: פַּקְּדֵהּ præcepit ei, ܫܒܩܘܗܝ reliquerunt illum, פַּקְּדוּהִי præceperunt ei. &c.

In compoſitione autem adfixorum vitatur concurſus vocalium; itáque poſt ܘ vocalis adfixi tollen-

da; ܫܒܩܘܟ dimiſerunt te, פַּקְדוּךְ præceperunt tibi. Fines תָ & תְ abjiciunt Kamez & çeva, eamque vocalem, quam adfixum requirit, adſumunt; הוֹדַעְתַּנִי notum feciſti mihi, Dan. 2. 23. Feminea tertia ſingularis præteriti Syra, cum quibuſlibet adfixis Tau lene habet, eóque diſcernitur à ſecunda ac prima maſculini, quæ cum pleriſque habent durum. Sic adfixa ܟ, ܟܝ, ܟܘܢ, ܟܝܢ, cum verbis ſemper leniter efferenda.

Analogiam verò formæ pehál, reliquæ pahél & Aphél, imitantur, ſic tamen, ut cujuſque vocales propriæ obſerventur; ut in Pahél, perpetuò prima radicis littera, in omnibus perſonis ac temporibus vocalem ſuam retinere debet, quæcunque pronomina adfixa etjam adjiciantur.

PRÆTERITVM.

Perſona tertia Singularis maſculina.

ܫܒܩ dimiſit, cum adfixis ܫܒܩ. קְטַל occidit, cum adfixis קְטָל

Adfixa perſonæ tertiæ.

| F. | | M. | |
|---|---|---|---|
| קַטְלַהּ | ܫܒܩܗ̇ | קַטְלֵהּ | ܫܒܩܗ |
| | | Targ. קַטְלֵיהּ, י inſerto ut in nominibus, Venet. קַטְלִיהּ. | |
| Eam. | | Eum. | |
| קַטְלִנֵּן | ܫܒܩܗܝܢ | קַטְלִנּוּן | ܫܒܩܗܘܢ |
| | & | | & |
| | ܫܒܩ ܐܢܝܢ | | ܫܒܩ ܐܢܘܢ |
| Eas. | | Eos. | |

Adfixa

Adfixa perſonæ Secundæ.

ܩܛܠܟܝ קְטַלִךְ & קְטַלְכִי ܩܛܠܟ קְטָלָךְ venet. קְטָלָךְ

Te F. Te V.

ܩܛܠܟܝܢ קְטַלְכֵן & ܩܛܠܟܝܢ קְטַלְכֵן ܩܛܠܟܘܢ קְטַלְכוֹן & ܩܛܠܟܘܢ קְטַלְכוֹן

Vos. F. Vos. V.

Adfixa perſonæ primæ.

ܩܛܠܢ קְטָלָנָא׃ קְטַלָן ܩܛܠܢܝ קְטָלַנִי

Nos. Me.

Ex fine chirec, רְחִימָךְ in Onkelo, רִיחֲמָךְ in Ionathane, רַחְמָךְ in Regiis, dilexit te, Deut. 15. 16.

Monoſyllaba varo cum adfixis leguntur in Pehál, pleraque enim intranſitiva ſunt, & ſi adjungantur, vocalis conjugationis manet, ut: ܣܡܗ݁ poſuit illum, Matth. 27. 60. ܣܡܗ̇ poſuit illam, Ibid. v. 48. ܙܢܝܗ̇ ſcortatus eſt eam (cum ea) Matt. 5. 28. לְטַהּ maledixit ei; לַטְיָיה in Ven. Onk. Num. 23. 8. לְטִיָהּ in Onk. ܠܛܐ in Ionat. Gen. 5. 29. maledixit eam. דְלַיְטָךְ qui maledixit tibi Geneſ. 27. 29. ubi in Venetis perpetuo patach pro Kamez, confuſis ordinibus. Verbum ܐܝܬ, אִית, hoc modo reperitur cum adfixis, ܐܝܬܘܗܝ erat ille, Matth. 2. 9. c. 3. 4. ܐܝܬܝܗܘܢ ſunt illi, v. 18 ibid. c. 4. 15. ܐܝܬܝܗ̇ illa eſt, c. 6. 21. 22. ܐܝܬܝܢܢ ſumus nos, ܐܝܬܝ ſum ego, ܐܝܬܝܟ

es tu? ܐܝܬܝܟܘܢ eſtis vos, ܐܝܬܝܟܝ es tu f. ܐܝܬܝܟܝܢ eſtis vos f. ſemper cum Tau molliter efferendo: אִיתוֹהִי eſt ille &c.

In finitis, ܐ, א, ܝ, י, Syri quidem Olaph numquam, Chaldæi admodum raro; jud autem tertiam Syri ſemper exprimunt: Chaldæi nunc exprimunt nunc verò abjiciunt; præſertim ſi pro ה.. adfixum הִי adjungatur; ſequuntur verò deinceps normam perfectorum, ut: ܓܒܢ elegit nos, Epheſ. 1.4. à ܓܒܐ. ܡܠܝܗ implevit illam, Matt. 27.48, à ܡܠܐ. ܩܪܝܗܝ vocavit eum, 1.Cor. 7.17. à ܩܪܐ. ܡܛܝܗܝ evenit illi, Luc. 22.7. ܥܢܝܗ reſpondit ei, Matt. 15.23. פַּצְיֵהּ eripuit eum, בְּנָהִי & בְּנִיתַהּ ædificavit illam, Hez. 5.11 מְחָהּ percuſſit eam, מְחָנוּן percuſſit eos. In Aphél & Pahél perfectorum, vocalis ſecunda vel tſeri mutatur in ſcheva, ut: ܐܠܒܫܗ induit eum, Luc. 23.11. ܢܓܕܗ verberavit cũ, Ioh. 19.1. ܡܙܓܗ temperavit eum, 1.Cor. 12.24. הַשְׁלְמַהּ complevit illud, Iudic. 14.11. שֵׁיזְבָנָא liberavit nos. Exo. 2.19.

Sic quorum prima Olaph aut jud eſt, ܐܠܦܢܝ docuit me, Ioh. 8.28. ܐܘܠܕܢ regenuit nos, Pet. 1.3. הוֹדְעָךְ notum fecit tibi, Dan. 2.29. אַפֵּיקִינוּן in Onk. אַנְפֵּיקִינוּן, in Ionath. Exo. 32.12. eduxit eos, ubi tſeri manet. Vltima Olaph vel jud, ܐܪܡܝܗ conjecit eum, Matth. 14.3. אַטְעְיַנִי ſeduxit me, Gen. 3.13. וְאַשְׁרְיֵהּ & collocavit eum, Ge. 2.15. Monoſyllaba verò hic nihil mutãt, ut ܫܢܝܗ mon-

monſtravit illi, Matt.4.8. ܫܚܛܶܗ pollüit illum, Act. 21.28. ܡܰܢܽܘ ܥܰܟܒ݁ܟ݂ܽܘܢ quis turbavit vos, Galat.5.7. ܐܰܩܺܝܡܶܗ ſuſtulit eum, &c. אֲקִימֵהּ erexit eum, Dan 3.1. In Venetianis reperitur quoque, מְסַרַךְ tradidit te, 1. Sam.24.11. pro מַסְרָךְ, שְׁלַחַךְ miſit te, Ier.28.17. pro שַׁלְחָךְ &c.& ſic in editionibus iſtis plurima. Reperitur etjam רְמַתִי & רמיתי pro רְמָתִי projecit eam, Exod.4.3. & מְחוֹתִי pro מְחָתִי percuſſit eum Ieſ.27.8.

Perſona tertia Singularis Feminea.

ܫܒܩܬ reliquit Femina, קְטָלַת occidit Femina.

Adfixa perſonæ tertiæ.

| F. | | M. | |
|---|---|---|---|
| קְטַלְתַּהּ | ܩܛܰܠܬܳܗ̇ | קְטַלְתֵּהּ | ܩܛܰܠܬܶܗ |
| Eam. | | Eum. | |
| קְטַלְתִּנִּן | ܩܛܰܠܬ ܐܶܢܶܝܢ | קְטַלְתִּנּוּן | ܩܛܰܠܬ ܐܶܢܽܘܢ |
| Eas. | | Eos. | |

Adfixa perſonæ Secundæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| קְטַלְתֵּיךְ | ܩܛܰܠܬܶܟ݂ܝ | קְטַלְתָּךְ | ܩܛܰܠܬܳܟ݂ |
| Te F. | | Te.V. | |
| קְטַלְתְּכֵן | ܩܛܰܠܬܟ݂ܶܝܢ | קְטַלְתְּכוֹן | ܩܛܰܠܬܟ݂ܽܘܢ |
| Vos.F. | | Vos.V. | |

Adfixa perſonæ primæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| קְטַלְתָּנָא | ܩܛܰܠܬܳܢ | קְטַלְתַּנִי | ܩܛܰܠܬܰܢܝ |
| Nos. | | Me. | |

Finita Aleph & jud, ܫܕ݂ܳܝܗ̄ projecit eum, Marc.1.

26. ܐܚܝܬܟܝ ſervavit te, Matt.9.22. ܐܛܥܝܬܢܝ ſeduxit me, Rom.7.11. אַטְעִיָתֵהּ ſeduxit eum, Prov.7.21. Ex.1. Aleph & jud וְאוֹנְקִיהִי in Onkel, אוֹנִיקְתֵיהּ lactavit eum, Exod.2.9.

Perſona Secunda Singularis.

ܫܒܩܬ reliquiſti, קְטַלְתְּ & קְטַלְתָּ occidiſti.

Adfixa perſonæ tertiæ.

קְטַלְתָּהּ ܫܒܩܬܗ̇ קְטַלְתֵּיהּ ܫܒܩܬܗ

& & &

קְטַלְתִּיהִי ܫܒܩܬܝܗܝ קְטַלְתִּיהִי

Illam. Illum.

קְטַלְתִּנֵּין ܫܒܩܬܗܝܢ קְטַלְתִּנוּן ܫܒܩܬܗܘܢ

& &

ܫܒܩܬ ܐܢܝܢ ܫܒܩܬ ܐܢܘܢ

Illas. Illos.

Adfixa perſonæ primæ.

קְטַלְתָּנָא ܫܒܩܬܢ קְטַלְתַּנִי ܫܒܩܬܢܝ

& & Me.

תַּן vel קְטַלְתָּן ܫܒܩܬܢ

Nos.

Formæ Maſculinæ ac Femineæ hîc ratio ac modus unus eſt apud Chaldæos. Syrè nonnihil diſcrepat, ſic:

ܫܒܩܬܝܗ̇ & ܫܒܩܬܝܗܝ } Eam.

ܫܒܩܬܝܗ & ܫܒܩܬܝܗܘܗܝ } Eum.

ܫܒܩܬܝܘܗܝ

ܫܒܩܬܢ nos ܫܒܩܬܢܝ me

In Venetis indifferenter, ante adfixum נִי, Kamez & patach ponitur, שְׁלַחְתָּנִי miſiſti me, Exo. 5. 22. רְחַמְתַּנִי amaſti me, Iud. 14. 16. ſicut & in iſtis nonnumquam הּ. pro תִּי vel תִּיו invenies, תְּחַנְתּוֹהִי probaſti eum, Deut. 38. 8. More Hebræo legitur יְלִדְתִּנִי peperiſti me, Ier. 15. 10. Finita Aleph. ܚܙܝܬܢܝ vidiſti me, Ioh. 20. 19. בְּרֵיתְנָא creaſti nos, Ier. 2. 27. In Aphél ac Pahèl vocalis ſecunda vel tſeri utplurimum manet, ܐܡܟܬܗܝ humiliaſti eum, Heb. 2. 7. מַלֵּיתַנִי implêſti me, Ier. 15. 17. אַלֵּפְתַּנִי docuiſti me, Pſal. 71. 17. At הוֹדַעְתַּנִי ſcire feciſti me, Dan. 2. 23. & אַשְׁכַּחְתַּהּ inveniſti eam, Gen. 38. 13. cum patach, ob gutturis conſonam.

Perſona Prima Singularis.

ܫܒܩܬ reliqui; קְטָלֵת occidi.

Adfixa Perſonæ tertiæ.

| F. | M. |
|---|---|
| קְטַלְתַּהּ ܫܒܩܬܗ̇ | קְטַלְתֵּיהּ ܫܒܩܬܗ |
| & Targ. קְטַלִיתַהּ & תַּיְתִי | & קְטַלְתִּיתִי |
| illam. | illum. |
| קְטַלְתִּנַּן ܫܒܩܬܗܝܢ | קְטַלְתִּנּוּן ܫܒܩܬܗܘܢ |
| & | & |
| ܫܒܩܬ ܐܢܝܢ | ܫܒܩܬ ܐܢܘܢ |
| illas | illos. |

Adfixa Perſona Secundæ.

קְטַלְתֵּךְ ܩܛܠܬܟܝ      קְטַלְתָּךְ ܩܛܠܬܟ

& קְטַלְתִּכִי & תֵּכִי & תִּכִי      Tar. קְטַלְתָּךְ & קְטַלְתִּיךְ

Te.F.      Te.V.

קְטַלְתֵּכֵן.כֵּין ܩܛܠܬܟܝܢ קְטַלְתְּכוֹן.כוֹן ܩܛܠܬܟܘܢ

Vos.F.      Vos.V.

Targumiſtæ cum adfixis ſecundæ perſonæ ſepiſſime jod poſt Tau, ut in adfixis tertiæ, interponunt, ut: דְּבַרְתִּיךְ in Onkel. quod דְּבַרְתָּךְ in Ionath Num. 23. 11. & ſic שְׁלַחְתָּךְ in Onkel. quod שַׁדַּרְתָּךְ in Ionath. miſi te, Exo. 3. 12. Finita Aleph. ܓܒܝܬܟܘܢ elegi vos, Ioh. 6. 70. ܙܟܝܬܗ vici eum, Ioh. 16. 33. בְּרִיתָךְ creavi te, Pſal. 2. 7. בְּנֵיתַהּ ædificavi eam. Dan. 4. 27. In Aphél ac Pahél, vocalis ſecunda, ſeu tſeri manet; ut: פַּקֵּדְתִּינוּן præcepi eis, Ier. 14. 14. חֲרֵימְתַהּ & in Ven. חֲרִימִיתַהּ diſſecui eam, Iudic. 20. 6. אַפֵּיקְתַּהּ eduxi eam, Zach. 5. 4. אוֹדְעֵתָךְ notum feci tibi, Prov. 22. 19. אַחְוֵיתִינוּן oſtend ipſis 2. Reg. 20. 15.

Perſona tertia pluralis.

M. ܫܒܩܘ F. ܫܒܩ̈ܝ reliquerunt, קְטַלוּ occiderunt.

Adfixa Perſonæ tertiæ.      M.

ܩܛܠܘܗܝ & ܩܛܠܘܢܝܗܝ      קְטָלוּהִי ܩܛܠܘܗܝ

&

ܩܛܠܘܢܗܝ

Eum.      Eum.

ܩܛܠܘܗ̇ & ܩܛܠܘܢܗ̇      קְטָלוּהָא ܩܛܠܘܗ̇

&      &

קְטָלוּהָ ܩܛܠܘܢܗ̇

Eam.

| | |
|---|---|
| Eam. | Eam. |
| ܩܛܠܝ ܐܢܘܢ | ܩܛܠܘ ܐܢܘܢ קְטַלוּנוּן |
| illos. | Eos. |
| ܩܛܠܝ ܐܢܝܢ | ܩܛܠܘ ܐܢܝܢ קְטַלוּנִין |
| illas. | Eas. |

Adfixa perſonæ Secundæ.

| | |
|---|---|
| ܩܛܠܟ. ܩܛܠܝܢܟ | ܩܛܠܘܟ קְטַלוּךְ |
| | & |
| | ܩܛܠܘܢܟ |
| Te V. | Te V. |
| ܩܛܠܟܝ. ܩܛܠܝܢܟܝ | ܩܛܠܘܟܝ קְטַלוּכִי |
| Te F. | Te F. |
| ܩܛܠܟܘܢ. ܩܛܠܝܢܟܘܢ | ܩܛܠܘܟܘܢ קְטַלוּנְכוֹן |
| | & |
| | ܩܛܠܘܢܟܘܢ |
| Vos. V. | Vos. V. |
| ܩܛܠܟܝܢ. ܩܛܠܝܢܟܝܢ | ܩܛܠܘܟܝܢ קְטַלוּנְכֵן |
| Vos. F. | Vos. F. |

Adfixa perſonæ primæ.

| | |
|---|---|
| ܩܛܠܢܝ. ܩܛܠܝܢܢܝ | ܩܛܠܘܢܝ קְטַלוּנִי |
| | & & |
| | ܩܛܠܘܢܢܝ קְטַלוּנַנִי |
| Me F. | Me. F |
| ܩܛܠܢ. ܩܛܠܝܢܢ | ܩܛܠܘܢ קְטַלוּנָא. ון. |
| | & & |

ܫܒܩܬܘܢܢ קְטַלְתוּנָנָא. ונן

Nos.F. Nos.V.

Finita Olaph. ܚܙܐܘܗܝ viderunt eum, Mat. 29.10. ܚܙܐܘܢܝ viderunt me, Ioh. 20.29. In his inſuper vau quoque nonnumquam additur, ܒܥܐܘܢܝ quæſiverunt me, Matt. 10.20. &c. vide c. 24. l. 1. שַׁנּוֹחִי mutabantur in eo, Dan. 5. 6. 1. Reg. 8. eſt חַרְמוּנַהּ diſſecuerunt eum. Pahél אַלְּפוּנִי docuerunt me, Cant. 1. 6. Aphél הָתִיבוּנָא reſponderunt nobis, Hez. 5. 11. ܐܦܩܘܗܝ ejecerunt eum Luc. 20. 22. אַטְעָיוּךְ ſeduxerunt te, obad. ver. 7. ܐܪܝܡܘܗܝ vel ܐܪܝܡܘܢܝܗܝ ſuſtulerunt eum.

Perſona Secunda pluralis

M. ܫܒܩܬܘܢ reliquiſtis v. קְטַלְתּוּן occidiſtis viri, ܫܒܩܬܝܢ reliquiſtis F.

Adfixa perſonæ tertiæ.

ܫܒܩܬܘܢܝܗܝ קְטַלְתוּנֵהּ ܫܒܩܬܝܢܝܗܝ

&

קְטַלְתוּנִיתִי

Eum. Eum.

ܫܒܩܬܘܢܗ קְטַלְתוּנָהּ ܫܒܩܬܝܢܗ

Eam.

ܫܒܩܬܘܢ ܐܢܘܢ קְטַלְתוּנוּן ܫܒܩܬܝܢ ܐܢܘܢ

Eos

ܫܒܩܬܘܢ ܐܢܝܢ קְטַלְתוּנִן ܫܒܩܬܝܢ ܐܢܝܢ

Eas.

Adfixa

Adfixa perſonæ primæ.

ܩܛܠܬܘܢܢܝ קְטַלְתּוּנִי & ܩܛܠܬܝܢܢܝ

קְטַלְתּוּנַנִי

Me.

ܩܛܠܬܘܢܢ קְטַלְתּוּנָא & ܩܛܠܬܝܢܢ

קְטַלְתּוּנָנָא

Nos.

Sic ܙܟܝܬܘܢܝܗܝ viciſtis illum, Ioh. 2. verſic. 3. ܟܣܝܬܘܢܢܝ operuiſtis me, Mat. 25. 36 ܐܝܬܝܬܘܢܝܗܝ adduxiſtis eum Ioh. 7. 45. ܓܒܝܬܘܢܢܝ elegiſtis me, Ioh. 15. 16.

Perſona Prima pluralis.

ܫܒܩܢ reliquimus, קְטַלְנָא occidimus.

Adfixa perſonæ tertiæ.

ܩܛܠܢܝܗܝ קְטַלְנוּהִי & קְטַלְנָהִי

Eum.

ܩܛܠܢܗ קְטַלְנָהָא. קְטַלְנָיהִי. קְטַלְנוּהָא

Eam.

ܩܛܠܢ ܐܢܘܢ קְטַלְנָנוּן קְטַלְנוּנוּן

Eos.

ܩܛܠܢ ܐܢܝܢ קְטַלְנָנָן. קְטַלְנוּנָן

Eas.

Adfixa perſonæ ſecundæ.

20.21. דְעֵה cognoſce eum, Prov. 3. 6. Aphel אוֹכְלֵיהּ ciba eum, Prov. 25. 21. אַטְעִימְנִי guſtandum da mihi Gen. 25. 30. in Onkel. ܐܦܩܝܗ̇ ejice eam, Gal. 4. 3. אַפֵּיקְנוּן educ nos, Gen. 19. 5. אֲקִימְנִי erige me, Pſal. 41. 11. In Venetis aliquando נִי.. pro נִי: eſt, שַׁלְחַנִי mitte me, 1. Sam. 20. 29. Finita Olaph. ܫܡܘܛܝܗܝ erue eum, ܫܕܝܗ̇ projice eam, Matt. 5. 29. ܩܪܝܢܝ voca me, רְמִיתִי in Onkel. רְמַהִי in Ionath. רְמוֹהִי in Regiis, projice illam, Exo. 4. 3. Reliquæ formæ, ܚܘܝܢ oſtende nobis, Ioh. 14. 8. ܚܘܝܢܝ oſtende mihi ܚܘܣܝܢ eſto nobis propitius ܦܪܘܩܝܢ redime nos, אַיְתִינֵיהּ adduc me, 1. Sam. 20. 31. הַעֲלְנִי introduc me, Dan. 2. 24.

ܫܒܘܩܝ relinque, קְטָלִי occide F.

Adfixa perſonæ tertiæ.

| | |
|---|---|
| ܫܒܘܩܝܗܝ קְטָלִיהִי illum. | ܫܒܘܩܝܗ̇ קְטָלִנָהּ illam. |
| ܫܒܘܩܝܢܘܢ קְטָלִינוּן illos. | ܫܒܘܩܝܢܝܢ קְטָלִינֵן illas. |

Adfixa perſonæ primæ.

| | |
|---|---|
| ܫܒܘܩܝܢܝ קְטָלִינִי Me. | ܫܒܘܩܝܢ קְטָלִינָא Nos. |

Ex Aphel monoſyllaborum: ܐܪܝܡܝܢܝ vel ܐܪܝܡܝܢܝ tolle me, ܐܪܝܡܝܢ vel ܐܪܝܡܝܢ tolle nos.

ܫܒܘܩܘ relinquite קְטָלוּ & קְטוּלוּ occidite V.

Syrè hîc prius ܘ inter radicis primam ac ſecundam ponitur, ac dicitur ܐܚܘܕܘܗܝ apprehendite eum, Matt. 4. 44. Chaldæè variatio nulla fit: ſimpliciſſimè enim adfixa adnectuntur, in utroque genere:

Adfixa perſonæ tertiæ.

| | |
|---|---|
| ܩܛܘܠܘ ܐܢܘܢ קְטָלוּנוּן | ܩܛܘܠܘܗܝ קְטָלוּהִי |
| | & |
| | ܩܛܘܠܘܢܝܗܝ |
| Eos. | Eum. |
| ܩܛܘܠܘ ܐܢܝܢ קְטָלוּנִין | ܩܛܘܠܘܗ קְטָלוּהָא |
| | & |
| | ܩܛܘܠܘܢܗ |
| Eas. | Eam. |

Adfixa perſonæ primæ.

| | |
|---|---|
| ܩܛܘܠܘܢ קְטָלוּנָא | ܩܛܘܠܘܢܝ קְטָלוּנִי |
| & | & |
| ܩܛܘܠܘܢܢ | ܩܛܘܠܘܢܢܝ |
| Nos. | Me. |

Sic Femineum, ܫܒܘܩܝܢܝܗܝ relinquite eum, ܫܒܘܩܝܢܗ eam, ܫܒܘܩܝܢܢܝ me, ܫܒܘܩܝܢܢ nos: licet frequentius ſeparatim adhibeantur adfixa, ſicut & in maſculino cum adfixis tertiæ perſonæ pluralibus fieri ſolet. Chald. קַטְלִיהִי occidite eum, קַטְלִיהָא eam, קַטְלִינִן eas &c. & alia forma אֲכָלוּהִי comedite illud, Exod. 16. 25. Sine tranſpoſitione etjam iſtius vau, vel de nova additione ejuſdem, ut in verbis quorum ultima

ultima gutturis aut Riſch eſt, fieri ſolet; nonnumquã adfixa hanc perſonam recipere, teſtis eſt quidam Grãmaticus Syrus, eodem plane videlicet modo ut in femineo vides, ܦܪܘܫܘܗܝ vel ܦܪܘܫܝܢܗܝ ſeparate eum; ܥܒܕܘܗܝ uel ܥܒܕܘܢܝܗܝ facite eum, &c.

Finita olaph ܚܘܐܘܢܝ oſtendite mihi, Matt.22.19. תַּחֲווֹנִי vel הַחֲוֹנִי ut eſt in Montanis, indicate mihi, Dan. 2.6. Sic legitur Rom.12.24. ܙܟܘܗܝ vincite illud, ſine tranſpoſitione vau, ut ſolet in his verbis, altero inſuper vau addito; atq; ita: ܒܢܘܢܝܗܝ & ܒܢܘܗܝ ædificate eum ܒܢܘܢܢ & ܒܢܘܢ me, ܒܢܘܢܝ & ܒܢܘܢ nos, ܒܢܘܢܝܗ & ܒܢܘܗ eam.

Futurum Secundum.

ܢܫܒܘܩ relinquet, יִקְטֹל occidet.

Adfixa perſonæ tertiæ.

| | |
|---|---|
| ܢܫܒܘܩ ܐܢܘܢ יִקְטְלִנּוּן | ܢܫܒܩܝܘܗܝ יִקְטְלִנֵּהּ<br>&<br>ܢܫܒܩܝܗ vel ܢܫܒܩܝܗ יִקְטְלוּהִי |
| illos. | illum. |
| ܢܫܒܘܩ ܐܢܝܢ יִקְטְלִנֵּן | ܢܫܒܩܝܗ יִקְטְלִנַּהּ<br>ܢܫܒܩܝܗ v. ܢܫܒܩܗ |
| illas. | illam. |

Adfixa perſonæ ſecundæ

ܢܫܒܩܟ יִקְטְלָךְ ܢܫܒܩܘܢܟܘܢ יִקְטְלִנְכוֹן

& & &

יִקְטְלִנָּךְ ܢܕܒܪܟܘܢ יִקְטְלִנְכוֹן

Te.V. Vos.V.

ܢܫܒܩܝܟܝ יִקְטְלִנַּךְ ܢܫܒܩܘܢܟܝܢ יִקְטְלִנְכֵן

& &

יִקְטְלֵכִי vel יִקְטְלִנְכִי יִקְטְלִנְכֵין

Te.F.

Adfixa perſonæ primæ.

ܢܫܒܩܢܝ יִקְטְלִנַּנִי ܢܫܒܩܢ יִקְטְלִנַּנָא

vel

יִקְטְלַנִי

Me. Nos.

Sic ܬܫܒܘܩ rellinques, תִּקְטֹל occides, ܐܫܒܘܩ rellinquam, אֶקְטֹל occidam; ܢܫܒܘܩ rellinquemus, נִקְטֹל occidamus, ܬܫܒܘܩ rellinquet F. תִּקְטֹל occidet F. Adfixorum delectu adhibito, vnicuique perſonæ convenientium; videlicet, à primis, rejectis primę, à ſecunda rejectis ſecundæ; ultima verò vocalis quælibet, in quinque his Futuri perſonis abit cum relliquis adfixis in Scheva, exceptis ܟܘܢ & ܟܝܢ ante hæc enim Syrè manere ſolet, ut: ܢܕܒܪܟܘܢ ducet vos, Ioh. 16.13. ܐܕܒܪܟܘܢ adſumā vos, Ioh. 14.3. Chaldaicè Nun per Epentheſin inſertum eſt. Exempla. ܢܟܠܝܘܗܝ denegabit ei, Marc. 6.26. ܐܙܩܦܟ crucifigam te, Ioh. 19.10.

ישובינכון

יְשַׁיְזְבִינְכוֹן eruat vos, Dan.3.15. יְשַׁיְזְבִנָּךְ liberabit te, Cap.6. 16. Pſal.32.7. תְחֹוְרִינַנִי circumdabis me, אֲבָרְכִינָךְ benedicam tibi, Gen. 12. 2. אֲקָרְבִינָךְ admovebo te, Hag. 2. 3. תִפְלְחִינוּן colito eas, Exo.20.5. יְרַהֲלִנַּנִי terruit me, Dan.4. 2. יִקְטְלִינַנִי occidet me, Gen.4.14.

Prima Nun aut jud: ܢܓܪܟ deducet te, Luc.12.58. ܢܫܪܪܟܘܢ certificabit vos, Col. 1. 3. אַסְקִנּוּן referam ea, Ier.27.22. תוֹנִינֵיהּ opprimes illum, Deut. 26. 13. Monoſyllaba, ܕܢܕܘܢܝܘܗܝ qui judicabit ipſum, Ioh. 3. 17. ܐܕܘܢܟ judicabo te, Luc.19.22. ותְלוּטִיהּ, in Onkel. Venet. תְלוּטֵיהּ Regi. ותְלַטְטִיהּ in Ionath. & maledicet ei, Num. 23.27. תְלוּטִינוּן maledicant eis, ibid. v. 25. אֲלוּטִיהּ maledicam ei, v. 8. ibi. Finita Olaph. Hic Syri nunc vocalem tertiam nunc ſecundam adhibĕt, ut ܢܙܟܝܘܗܝ vincet eum, Luc.11.22. ܠܐ ܢܙܟܝܟܘܢ vincet vos, Rom.12.21. ܢܫܪܝܗ dimitte eam, Mat.1.19. ܢܪܥܝܘܗܝ paſcet eum, Matt.2.6. Prima verò ſingularis & pluralis, plerunque cum vocali tertia eſt, ut: ܐܕܡܝܗ adſimilabo eum, Matt.11.16. ܢܩܪܝܘܗܝ vocabimus eum &c.

Relliquæ formæ, ܢܕܒܪܟܘܢ ducet vos, Iohan.16.13. ܐܕܒܪܟܘܢ ducam vos Iohan. 14.3. ܢܕܪܟܟܘܢ comprehendat vos, c.12.35. ܢܙܕܩ juſtificabit nos, Rom 4.2. יְחַוִּנַּהּ indicet eam, Dan.2.11. יְחַוִּנַּנִי indicet mihi, cap.5.7. ܢܝܩܪܝܘܗܝ honorabit eum, Ioh.12.26. ܕܢܙܟܝܘܗܝ

ut commoveretur ea, Luc. 6. 48. ܢܫܩܠܝܘܗܝ extollet eum, תְּקִימִינֵּהּ eriges eum, 2.Reg.9.2. תַּחְפִּינָךְ operiet te, Obad.v.10. Ab אתא eſt אַיְתִינוּן adducam eos, Ier.49.19. ab אסא, אַסִּינוּן ſanabo eos, Ierem.33.6. à ינה, תוֹנִינֵּיהּ opprimes eum, Deut.23.16.

Secunda Feminei ſingularis cum adfixis perſonæ primæ duplicem habet formam, cum monoſyllabis ſimplicib. Syrè; videlicet, ܬܫܩܠܝܢܝ & ܬܫܩܠܝܢܢܝ toll s me. ܬܫܩܠܝܢܝ & ܬܫܩܠܝܢܢ tolles nos.

Obſeruandum & hîc, ſecundam perſonam utriuſque generis verborum præcipuè Aphél, cum aliquid interdicatur oratione, vel prohibeatur, inter primam adfixi & ultimam radicis litterã, adſumere jud, quod in maſculino quieſcit in vocali prima, præcedenti Syllabæ addita vocali ſecunda, in femineo verò, in vocali tertia vocali nullâ penultimæ adpoſita; ſic: ܠܐ ܬܫܠܡܝܢܝ ne tradas me, V. ܠܐ ܬܘܒܕܝܢ ne perdas nos ܠܐ ܬܫܠܡܝܢܝ ne tradas me F. ܠܐ ܬܘܒܕܝܢܝ ne perdas me F.

ܢܫܒܩܘܢ rellinquent. יִקְטְלִין occident.

Adfixa perſonæ Tertiæ.

יִקְטְלוּנוּן ܐܢܘܢ ܢܩܛܠܘܢ יִקְטְלוּנֵהּ ܢܩܛܠܘܢܗܝ

ei &

יִקְטְלוּנוּנוּן ܢܩܛܠܘܢܳܗܝ

Eos. Eum.

יִקְטְלוּנִין ܐܢܝܢ ܢܩܛܠܘܢ יִקְטְלוּנַהּ ܢܩܛܠܘܢܗ

Eas.

Eas. Eam.

Adfixa perſonæ Secundæ.

ܢܶܫܒ݁ܩܽܘܢܳܟ݂ܽܘܢ . יִקְטְלוּנָךְ ܢܶܫܒ݁ܩܽܘܢܳܟ݂ . יִקְטְלוּנְכוֹן . וֹן

Vos.V. Te.V.

ܢܶܫܒ݁ܩܽܘܢܶܟ݂ܝ . יִקְטְלוּנָךְ ܢܶܫܒ݁ܩܽܘܢܶܟ݂ܶܝܢ . יִקְטְלוּנְכֵן

יִקְטְלוּנְכִי ؛ נְכִי

Vos.F. Vos.V.

Adfixa perſonæ primæ.

ܢܶܫܒ݁ܩܽܘܢܳܢܝ יִקְטְלוּנַנִי · נַנִי

Me.

ܢܶܫܒ݁ܩܽܘܢܰܢ יִקְטְלוּנָנָא . וּנָן

Nos.

Sic ܢܶܫܒ݁ܩܽܘܢ derelinquemus, נִקְטְלוּן occidamus, ܢܶܫܒ݁ܩܳܢ derelinquent F. יִקְטְלָן occident F. ſimpliciter ſine ulla vocis immutatione. Exēpla ܢܶܓ݂ܢܒ݂ܽܘܢܳܝܗ̱ܝ furentur eum, Matt.27.64. ܢܶܕ݁ܒ݂ܪܽܘܢܳܗ̇ deducent eam, Luc.5.3. ܢܶܙܩܦ݁ܽܘܢܳܝܗ̱ܝ crucifigent illum, Iohan.19.10. ܢܚܰܕ݂ܪܽܘܢܳܟ݂ circumdabunt te, Luc.19.43. תִּרְדְּפוּנַנִי perſequimini me, Iob.19.22. יִקְטְלוּנוּנָן occident nos, Zach. 9.15. בַּהֲלֻנַּנִי terrebant me, Dan.4.2. יִדְבְּרוּנָן tollent nos, Ieſ. 14.2. יְטַעֲמוּנֵהּ gẽſtandum præbuerunt ei, Dan.5.21. quæ duo poſteriora ex reliquis duabus formis.

Finita Aleph. ܢܶܚܙܽܘܢܳܝܗ̱ܝ videbunt illum, Luc.22.27. ܢܕܪܘܢܝܗܝ diſſipabit eum, Luc.20.18. ܕ݁ܢܰܝܬ݁ܽܘܢܳܝܗ̱ܝ ut adducerent eum, Act.25.17. ܕܠܐ ܢܶܬ݁ܽܘܢܳܝܗ̱ܝ ne

ipſum manifeſtarent, Mar.3.12. יוּבְלוּנוּנָךְ Ier.14.2. adducent te, אַסְגִּינוּן, multiplicabo eos. Ier.22.27.

Sic Femineum ܢܶܫܒ̈ܩܳܢ rellinquent. F. יִקְטְלָן occident F. ſine mutatione ulla, licet rarò, recipiunt, ut: ܢܶܫܒ̈ܩܽܘܢܳܝܗܝ eum, ܢܶܫܒ̈ܩܽܘܢܳܗ̇ eam, ܢܶܫܒ̈ܩܽܘܢܳܟ te, V. ܢܶܫܒ̈ܩܽܘܢܶܟܝ te F. ܢܶܫܒ̈ܩܽܘܢܳܟܽܘܢ vos ܢܶܫܒ̈ܩܽܘܢܳܢܝ me &c. יִקְטְלָנָךְ te. יִקְטְלָנַנִי me. Rarum hoc, ſed analogum.

Anomalia Futuri ſecundi. Segol pro chiric יִשְׁאֲלֶנְכוֹן, rogaverit vos, Hez.7.21. jod pro nun Epanthetico תְּשַׁנְבְּיָךְ extollet te, Prover. 4.6. ubi ' quoque, pro ו. תִּנְטְרָךְ cuſtodiet te c.6.24. תִּשְׁבְּקִיהּ, dimittes eum, c.4.6. יְבַלּוֹשׁוּנוּן ſaturabuntur eos, Amos. 9.3. ubi i ex ſingulari manſit præter morem, ſic יוּבְלוּנוּן adducent eos, Ier 14.2. Chiric pro tſeri, אֲסִינִיךְ ſanabo te, Ier.30.17. יִיחֲדוּנִיךְ apprehendent te c.13.21. Kubbuz loco ſchurec יְבַהֲלֻנֵּהּ perturbabunt eum, Dan.4.16. יְבַהֲלֻנַּנִי perturbabant me. v.2. ibid. תְּהוֹדְעֻנַּנִי indicaveritis mihi. c.2.9. יְהוֹדְעֻנַּנִי indicet mihi, c.4.3.

## Infinitum.

ܠܡܶܫܒܰܩ. Rellinquere מִקְטַל occidere.

Adfixa perſonæ Tertiæ.

ܠܡܶܫܒܩܽܗ מִקְטְלֵיהּ. מִקְטְלֻנֵּהּ. מִקְטְלוּהִי.
וְהִי : וְהִי

Eum.

ܠܡܶܫܒܩܳܗ̇ מִקְטְלַהּ. מִקְטְלַנַּהּ

Eam.

חון

ܠܡܩܛܠܘܗܘܢ מִקְטְלִנּוּן. מִקְטְלְהוֹן. הוֹן

Eos.

ܠܡܩܛܠܘܗܝܢ מִקְטְלִנִּין. מִקְטְלְהֵין: הֵין

Eas.

Adfixa perſonæ Secundæ.

ܠܡܩܛܠܟ ܠܡܩܛܠܢܟ מִקְטְלָךְ. מִקְטְלִנָּךְ

Te virum.

ܠܡܩܛܠܟܝ מִקְטְלֵךְ. מִקְטְלִיךְ. מִקְטְלִנֵּךְ .. כִי

Te.Fem.

ܠܡܩܛܠܟܘܢ מִקְטַלְכוֹן. מִקְטְלִנְכוֹן

Vos V.

ܠܡܩܛܠܟܝܢ מִקְטַלְכֵן. מִקְטְלִנְכֵן

Vos.Fem.

Adfixa perſonæ primæ.

ܠܡܩܛܠܢܝ מִקְטְלִי מִקְטְלַנִי מִקְטְלִנַּנִי

Me.

ܠܡܩܛܠܢ מִקְטְלָנָא. מִקְטְלִנָּנָא

Nos.

Syrè nihil, Chaldæè verò patach ultimum in çeva mutatur. Numquam autẽ Syrè ſine præpoſitione ܠ, Chaldæè rariſſimè ſinè בכרם legitur cum adfixis. Exempla: ܠܡܓܙܪܘܗܝ ad circumcidendum, Luc. 1. 29. Act. 15. 5. ܠܡܫܠܡܗ ad tradendum illam, Ioh. 21. 6. ܠܡܩܒܪܢܝ ad ſepeliendum me, Matt. 26. verſi. 12. ܠܡܪܓܡܘܗܝ ad lapitandum eum, Ioh. 10. verſic. 31.

ܠܡܩܛܠܗ ad occidendum eum, Mat. 14. 5 בְּמֶעְבְּרֵיהּ in furendo ipſum, Iobi. 28. 26. בְּמִקְרַבְכוֹן in appropinquando vos, Deut. 20. 2. Ex prima א, נ & י, בְּמִתְּנָךְ in dando te, Deut. 15. 10. בְּמִטַּלְהוֹן in proficiſcendo eos, Num. 10. 34. בְּמִתְּבֵהּ ſecundum ſedere eum, Deut. 17. 18. בְּמִילְפִי in diſcendo me, Pſal. 119. 7. Monoſyllaba, בְּמִקְמַהּ in ſurgendo ipſam, Gen. 19. 33. בְּמֵעֲלֵיהּ in ingrediendo ipſum, Exo. 28. 25. ubi Ionathan מֵיעֲלֵיהּ. Finita א בְּמִשְׁרוֹהִי in quieſcere ipſam. Num. 10. 36. לְמִבְעָךְ ad quærendum te, 1. Reg. 18. 10. לְמֵזֵיהּ ad accedendum, Dan. 3. 19.

Cum Vau paragogico inſuper additur littera Tau leniter efferenda, & ita vix diſcernitur à nominibus ſubſtantivis cum adfixis, hanc eãdem terminationem habentibus. Et ſic Chaldæis familiaris admodum finis iſte infinitorum in ות cum adfixis eſt, præcipuè in reliquis flexionibus ſeu formis Exẽpla: ܠܡܢܓܕܘܬܗ ad flagellandum ipſum, Act. 22. 29. ܠܡܦܫܩܘܬܗ ad exponendum eum, Hebr. 5. 11. ܠܡܩܒܠܘܬܗ ad accipiendum illum, Ioh. 14. 17. לְקַדְּשׁוּתֵיהּ ad ſanctificandum eum, Exo. 20. 8. לְשַׁנְקוּתְהוֹן ad ſuffocandum eos, Cant. 1. 9. לְשֵׁיזָבוּתֵיהּ ad liberandum eum. Dan. 6. 14. לְשֵׁיזָבוּתָךְ ad liberandum te, v. 20. לְהוֹדָעוּתַנִי ad notificandum mihi, Dan. 4. 15. Monoſyllaba; ܠܡܒܐܫܘܬܟ ad moleſtandum te, Act. 18. 10. לְחָתָבוּתָךְ ad reſpondendum tibi, Dan. 3. 16. Finita Aleph, ܠܡܕܟܝܘܬܝ ad mutandum me, Matt. 8. 2. לְאַחֲוָיוּתָךְ ad demonſtrandum tibi, Exo. 9. 16. בְּאַיְתָיוּתְכוֹן in adducendo vos, Eze. 44. 7. בְּמֶהֱוֵיהוֹן in eſſe eos, Gen. 4. 8. מֶהֱוֵיהוֹן ab eſſe eos,

Exod.

Exod.10.6.

Infiniti Chaldaici verbi paſſivi talis adfixio eſt: בְּאִסְתַּכָּלוּתִי in contẽplãdo me, Pſ.119.6. בְּאִתְרָמוּתְהוֹן poſtquam elevarentur ipſi, Ezech.10.17. בְּהִסְתַּלָּקוּתַהּ in ſubtrahendo ſeſe, &c.

ANOMALIA. מִקְרְבָנָא מִקְרֵיבְנָא ad accedendum nos, 1.Sam.14.9. בְּמֵלְפִי in diſcendo me, Pſal.119.7. לְהוֹרְעָתַנִי ad iudicandum mihi, Dan. 2. 26. לְהֱוֹן ad eſſe eos; Dan.2. 43. pro לְהֶוְיָן, לְהֶוְיָהוֹן in eſſe eas c.5.17. pro לְהֶוְיָהֶן &c.

PARTICIPIA.

Ad participia quod attinet, omninò imitantur Syntaxin nominum, niſi quod verborum quoque adfixa recipiant.

Præſens.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ܩܛܠܗ | קְטְלֵהּ. וחי | ܩܛܠܝܗܘܢ | קְטְלֵיהוֹן. |
| ܩܛܠܗ̇ | קְטְלָהּ | ܩܛܠܝܗܝܢ | קְטְלֵיהֵן |
| ܩܛܠܟ | קְטְלָךְ ..יךְ | ܩܛܠܝܟܘܢ | קְטְלֵיכוֹן |
| ܩܛܠܟܝ | קְטְלִךְ | ܩܛܠܝܟܝܢ | קְטְלֵיכֵן |
| ܩܛܠܢܝ | קְטְלִי | ܩܛܠܝܢ | קְטְלֵינָא |

Præteritum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ܩܛܝܠܗ | קְטִילֵהּ | ܩܛܝܠܝܗܘܢ | קְטִילֵיהוֹן |
| ܩܛܝܠܟ | קְטִילָךְ | &c. | |

Sic ܡܩܕܫ ܢܦܫܟ ſanctificans te ipſum Ritual. p.109. lib.1. ܢܛܪܢܝ ſervans me, Luc.1.47. מְבָרְכָךְ benedicens tibi, Gen.27.29. לָיְטָךְ maledicens tibi, ibid.

Peculiare tamen quidpiam ipſis contigit, ut con-

junctionem cum pro nominibus primæ ac ſecundæ (Syrè quoque cum tertiæ ܗܘ & ܗܝ ) perſonæ, in maſculino genere,ac numero utroque patiantur,qua una eadémque perſona utrinque indicatur, nec fit in alteram tranſitus. Prima verò vox, ac Syra tertia, ferè diviſim adſcribuntur, pronunciando tamen conjunctim unóque ſpiritu, efferuntur, ܐ, א, & ܗ, devoratis; indéque vel lineola tranſverſa notantur, vel vocalis propria & conſueta omittitur. Vide lib.1.c.1.p. 12. Secunda verò vox Syrè quoque Femineè exponitur,atque ſic jud nonnumquam huic adſcribitur; ut exemplis demonſtrabimus.

Participium Præſens.

| Diviſim. | Conjunctim. | Diviſim. | Conjunctim. |
| --- | --- | --- | --- |
| קָטֵל אֲנָא por | קָטְלְנָא | ܩܳܛܶܠ ܐ̱ܢܐ pro | ܩܳܛܶܠܢܳܐ |
| Occido ego. | | Rellinquo ego. | |
| קָטֵל אַתְּ pro | קָטְלַתְּ | ܩܳܛܶܠ ܐ̱ܢ݇ܬ pro | ܩܳܛܠܰܬ |
| Occidis tu. | | Rellinquis tu. | |

קָטְלִינַן ܩܳܛܠܺܝܢܰܢ

pro

קָטְלִין אֲנַן ܩܳܛܠܺܝܢ ܚ̱ܢܰܢ

Occidimus nos,Rellinquimus.

קָטְלִיתּוּן ܩܳܛܠܺܝܬܽܘܢ

pro

קָטְלִין אַתּוּן ܩܳܛܠܺܝܢ ܐ̱ܢ݇ܬܽܘܢ

Occiditis vos, Rellinquitis.

Partici-

Participium præteritum.

ܩܛܝܠܢܐ קְטִלְנָא

pro

ܩܛܝܠ ܐܢܐ קְטִיל אֲנָא

Occiſus ſum ego.Rellictus ego.

ܩܛܝܠܬ קְטִלְנַתְּ

pro

ܩܛܝܠ ܐܢܬ קְטִיל אַתְּ

Occiſus,tu,Rellictus,

ܩܛܝܠܝܢܢ קְטִלִינַן

pro

ܩܛܝܠܝܢ ܚܢܢ קְטִילִין : אֲנָא

Occiſi, nos, Rellicti,

ܩܛܝܠܝܬܘܢ קְטִלִיתוּן

pro

ܩܛܝܠܝܢ ܐܢܬܘܢ קְטִילִין אַתּוּן

Occiſi, nos. Rellicti eſtis.

Sic ܒܥܐܢܐ Ro.12.1.pro ܒܥܐ ܐܢܐ Act.21.39.peto ego ܡܘܕܐܢܐ gratias ago,pro ܡܘܕܐ ܐܢܐ Rom.1.8. ܚܐܣܢܐ parco ego,2.Cor.12.6. ܐܡܪ ܐܢܐ dico ego,ibid. ܒܪܟܢܐ flecto ego,Eph.3.14. ܥܒܕ ܐܢܐ facio ego, ܩܛܠܬ occidis tu Hieruſalem, Matt.23.37. ܪܓܡܬ lapidas tu, & cum jud ܝܨܦܬ ſollicita es tu,Luc. 10. 41. ܝܨܦ ܐܢܬ intelligis tu, Ioh. 21. 17. ܝܕܥ ܐܢܬ ܫܒܩ ܐܢܬ permittis tu,

Act.21.37. דְּכִרְנָא recordor ego, Ier.2. 2. רָעֵינָא volo ego, Ieſa,55.11. לָקֵינָא percutior ego, Zach. 2. 6. יָדַע אֲנָא ſciens ego, Dan.2.8. יְדַעְתְּ noſti tu, Prov.3. 4. ܕܕܚܠܝܢܢ timentes nos, Matt. 21. 26. ܦܪܥܝܢܢ mutuũ reddimus nos, Ritual. ܐܒܕܝܢܢ perimus nos, 2. Theſſ. 1. verſi. 8. ܦܠܚܝܬܘܢ ſervitis vos, Col.3. 24. ܥܗܕܝܬܘܢ recordamini, 2. Theſſ.2.5. ܣܒܪܝܢܢ ſperamus nos, 2. Cor.6. 8. ܣܢܝܩܝܬܘܢ indigetis vos, 1. Theſſ. 4.9. ܪܓܝܓ ܐܢܐ concupiſco ego, Phil.1.23. ܡܕܪܫ ܐܢܐ exercitatus ego c.4. 12. ܕܗܦܟܬ diſtraheris tu, Luc. 10. 41. ܟܦܪ ܐܢܐ ܒܣܛܢܐ abnuncio Satanæ, Ritual. p. 59. ܣܢܝܩܝܢܢ indigemus nos, 2. Cor. 3. 1. ܡܬܕܝܢܝܢܢ judicamur nos, Act. 4. 9. ܡܬܕܟܪܝܢܢ memores ſumus nos, 1. Theſſ.1.2. ܡܬܙܝܥܝܢܢ movemur nos, Hebr.41 12.& 27. à ܪܚܡ ܡܚܒܒܝܢܢ diligimus nos, 1. Theſſal. 2. 8, ܡܩܒܠܝܬܘܢ recipientes nos. Col 3.24. מְסַלְּקְנָא aufero ego, Ieſa.1.15. מְקַיְּמְנָא juro ego, 2.Sam.3.12. מְקָרֵינַן invocamus nos, Pſal.20.10. אִתְמְסַרִינַן tradimur nos, Eſth. 1.2. מְסָרְבַתְּ renuis tu, Ier.3.3. מְבָרְכַתְּ benedicis tu, Num. 24.10 מְהוֹבִילַתְּ perdes tu, Prov.23.8.

Ex ܗܘܐ & ܗܘ. ܓܡܝܪܘܗܝ perfectus ipſe, Matt.5. 48. ܡܝܩܪܘ honorabilis ipſe, Hebr.13.4. ܡܒܪܟܘ benedictus ipſe, Pet.1 3. ܒܪܝܟܘܗܝ &c. Idem etjam in nomini-

nominibus fieri in tertia hac pronominis perſona, dictum lib. 1. ſub finem primi capitis, p. 12. lin. ultima, ubi per errorem pro nominibus, ſcriptum verbis, quod dele & repone, nominibus.

Ex prima verò voce illud Talmudicum quoque eſt, אֲמִינָא dico ego. Pro plurali קְטַלְנָן Rabbini dicunt קְטַלִינַן per patach, אַמְרִינַן dicimus nos. Pro קְטַלְתּוּן Talmudicè dicitur אַמְרִיתוּ, קְטַלִיתוּ ex uſitata Apocopè.

Quidam Grammaticorum hujuſmodi cum pronominibus conjunctionem, in Futuro etjam ſecundo fieri, adducti, quibuſdam exemplis, ſtatuunt, quorum iudicio hic nihil detraham; exempla ſunt: אֶסְבֵּינָא ſpeculor ſeu ſpeculabor ego, quaſi אֶסְכֵּי אֲנָא, in Venetis, pro quo Regia legunt מְסַבֵּינָא ex paric. præſ. Hab. 2. 1. תִּתְבְּעוּן quæratis vos, qs. תִּתְבְּעוּ אַתּוּן ubi ſatius eſſet legere תִּתְבְּעִיתוּן, Ieſa. 22. 4.

## CAPVT QVINTVM.

### DE SYNTAXI ADVERBII CVM NOMINE.

RELLIQVA eſt Syntaxis vocum ſine numero, in Adverbio & Conjunctione.

Adverbia, cum integris, contractis, & adfixo adfectis nominibus, promiſcuè junguntur; ut: ܥܡ ܡܪܟ cum domino, Matth. 5. 25. ܥܡ ܥܡܐ cum populo ܒܝܘܡܝ in diebus, Matth. 2. 1. ܥܠ ܦܓܪܝ ſuper corpus meum 26. 12. עַל אַרְעָא ſuper terram, Gen. 1. 11. וְעִם עֲרָדַיָּא & cum onagris, Dan. 5. 21. וְעַל מָרֵא שְׁמַיָּא & contra dominum terræ, Dan. 5. 23.

ܡܐ ſequente ܕ tempus notat; ut: ܡܐ ܕܚܙܝܬܘܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ cum videritis hæc omnia, Matt.24.33. ܡܐ ܕܝܢ ܕܚܙܝܬܘܢ ܐܢܬܘܢ quando videntes vos, v.15. ibid.

ܐܝ Adſirmandi vox, aliquando in exclamando & invocando adhibetur; A ut: ܐܝ ܐܪܥܐ ܠܡܢܐ ܟܪܝܐ ܗܘ ܠܟܝ O terra, cur mœſta es tibi! Aphræm.

ܟܒܪ, forte, ne; ſemper poſtponitur; inſervitque interrogationibus nonnumquam, maximè ſi cum particulis interrogativis ponatur, ut: ܡܢܘ ܟܒܪ quis forte eſt? Matt.18.1.

Si לָא, uniuerſalis nota adfirmans כָּל adjuncta fuerit, uniuerſaliter negat, cóque magis cum adnexam ad huc habeat particulam מְרַעַם, ut: לָא־תֶחְסַר כָּל מְרַעַם, non deficiet omne aliquid; h.e. omninò nihil deficiet.

הֲ Interrogativum & admirativum, ante quaslibet conſonantes ponitur, ut: הֲדָא יְדַעְתָּ מִן אֲוַּלָא, nónne hoc ſcis ab initio, Iob.20.4. At ante ſcheva vel gutturis conſonam ſcribitur הַ, ut: הַלְבַּר מְאַת שְׁנִין num filio centum annorum, Gen.17.17. הַאִית סְכוּם לְאוּכְלוּסוֹי numquid eſt numerus exercitibus ejus? Iob.25.3. הַאֵיזֵל וְאֶקְרֵי לִיךְ num ibo & vocabo tibi? Exod.2.7. Scribitur & הָ, ut; הֲהָוַת num fuit, Ioel.1.2.

Adverbia duo, gradus comparationis efficiunt: ܝܬܝܪ, יוֹתֵר vel יַתִּיר Comparativum, ut: ܛܘܒܘܗܝ ܕܝܗܒ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܝܢܐ ܕܢܣܒ Beatus ille qui dat, magis

magis ab illo qui accipit, h. e. Beatior qui, &c. Act. 20. 35. מַרִיר לִי יַתִּיר מִנְּכוֹן Amarius mihi quam vobis, Ruth. 1. 13. לְמֶעְבַּד יְקָרָא יַתִּיר מִנִּי Facere honorem, plus quam mihi, Eſth. 6. 6. צְקִיקִין יַתִּיר מִן כַּסְפָּא pura magis ab argento, Cant. 1. 11. יַתִּיר יָתִי יָאֵי בֵית magis pulchra eſt domus v. 17. ib. pro, purior, pulchrior.

